Quod est inter comparationem corporis sanatiui quod est in meliori dispositione et quod est inter corpus egrotatiuum. Iam dixit quod inter sanorum corporum est unum scilicet corpus quod est in meliori dispositione et corpus sanum in hora presenti et corpus egrotatiuum et inter unumquodque istorum et inter illud quod secundum ipsum in sanitate sunt corpora multa secundum comparationem complexionis membrorum similium per se et comparationem compositionis membrorum officialium. Et quoniam corpora ista sunt diuersa tunc unumquodque eorum indiget causis conseruantibus ipsum secundum illud secundum quod ille cause sunt due scilicet cause que sunt ei similes et que conseruant secundum ipsum complexionem eius et illius compositionem ex cibis refectio et potatio et balneatio. G.

Rursus igitur primum ab optima complexione corporis faciendo est considerantes que sunt ad hanc salubres. Inuentionem uero causarum rei ipsius non demonstrat. A. T.

Et oportet ut ponam principium sermonis mei in meliori dispositione corporis et in quantitate causarum que sunt conseruantes sanitatem illius corporis, sed inuentio illarum causarum est ex ipsa requisita. H.

Per sermonem suum excipiat rei quesitu uult equaliter secundum naturam ... quod res quesita in meliori forma est conseruatio sanitatis. Et igitur necesse ut sint cause conseruantes hanc dispositionem cibi existentes temperati in quantitate sua et sua qualitate et hora suscipiendi eos. Et similiter exercitium et potatio et balneatio quorum unumquodque sit temperatum in quantitate sua et sua qualitate et hora utendi eo in parte usus illius. G.

Si uero esset impassibile et immutabile corpus et semper maneret in optima complexione, tunc nichil indigeret arte constituente ipsum. Quoniam uero inmutatur et corrumpitur

.3. G.

et continuatur non servans quod habebat ex principio consistentiam propter curationem indiget. Propter hoc igitur est alter modus totius et gratia preservationis habebit. hic est conservativus causarum. a. t.

Quod est: quod si corpus non resolvitur et non dolet sed manet corpus cuius est melior forma per se dispositio sua non indiget arte regiminis sui. verum quod resolvitur et mutatur non servans dispositionem secundum quam natum est a principio sive est indiget adiuvantibus per qualitatem illius et per quantitatem numeri modorum ex quibus mutatur. et igitur necesse ut sit numerus modorum adiuvantium ipsum equalis alterationi intelligitur primo numerus causarum conservantium ipsum.

H.

Cause que mutant corpus quod est in meliori forma non secundum quod ostensum est in tractatu de regimine sanitatis sunt que in mense fiunt eo quod aggregant ex superfluitatibus ciborum et potuum et addicere siccitatis et diminuere caliditatis in natura aut extrinsece sicut aer continens et reliqua que resolvunt ipsum spiritum animalem et vitalem et naturalem. et cum applicantur ea indiget unum quodque eorum causis prohibentibus mutationem melioris forme. igitur per quantitatem numeri modorum qui mutant hanc formam est quantitas numeri causarum conservationum ea annumerationem.

Que manifeste iam sunt ex hiis que diximus secundum quod correctiones gratia egritudinis accidit existentes. in eo vero quod velociter faciunt correctiones prius quod sic occurrat lesio non preservativa a futuro malo appellata est a medicis sed servativa presentem consistentiam. a. t.

Et intentio eius est ex eo quod diximus quod ille cause sunt egritudinis causarum que rectificant corruptionem. verumtamen ipse non rectificant nisi paulatim antequam accidat lesio in illo. est subito ipsa que accidit nocumentum subito non nominant eas medici in numero causarum que antecedunt et conservant corpus a malo quod vult sequi ei. sed medici nominant eas in numero causarum que conservant dispositionem eius presentem. H.

Cause que rectificant corruptiones sunt duobus modis. alia enim sunt que admiscentur in cura egritudinis ex cibis et medicinis et regimine et superhabundantia medicationis et alia que admiscentur in parte medicine nominata premissione et observatione. et iste quidem ipse sunt que conservant corpus a malo quod vult accidere sibi ipsi. et corpus quidem quod est in meliori forma non indiget aliqua istarum penitus et non indiget nisi illis que conservant in omni hora dispositionem presentem eius donec non mutetur. G.

Alterari igitur corpus a quibusdam ex necessitate et a quibusdam non ex necessitate. dico autem ex necessitate quidem a quibus impossibile est ipsum

61

non approximare. Non exercitate vero ut sunt reliqua. Namque

que contingenti in mora et comedere et bibere et vigilare

necessarium est ei. Gladius vero et bestiis non necessarium est uti. Unde

impossibile quod genera causarum circa corpus ars conficiatur. Circa haec vero necessarium.

.a.t.

Et circa quod mutantur actionis quibusdam necessario et actionis quibusdam non necessario

intelligit per causas que mutant corpus necessario causas quibus non est excusatio quin corpori

occurrant. Et intelligo per causas que non mutant corpus necessario reliquas causas dictas. Quod

est quod non necesse est quod corpori occurrant. Quod est quod comestionem et potum et sompnum et vi-

gilias et motum et quietem et constrictionem et evacuationem et accidentia anime necesse est eum

uti. Gladium vero et lupi et venenosa alia non sunt ex eis que necesse est occurrere corpori.

Et propter id non est operatio medicine in genere per causam. In genere vero causarum solo non est medi-

cine operatio. Genus primum eorum est ex eis quod non est excusatio corpori necessario. Et ars

.h. medicine mensurat unumquodque causarum quod sit ab eo in quantitate

et qualitate et parte usus. Et genus secundum est quod non mutant corpus necessario. Quod est quod possibile

ut evadat ab eo corpus in vita tota sua. Sicut percussio cum ensibus et punctio cum

lanceis et morsus luporum et serpentum venenum et reliqua que accidunt corpori extrin-

secus ex eis de quorum prohibitione est ut contingant aut fortuitu accidente aliquo

aut extra corpus. Et non est arti medicine in causis que sunt sub hoc genere operatio in conservatione

eius. Sed est ei operatio in curatione eius quod imprimunt in corpore hoc genus. Sicut curatio mor-

sus canis rabiosi et vipere et curatio accidentis facte ex percussione et casu et cu-

ratio fracture et dislocationis et sutura plagarum et huiusmodi similia. Et intellige

quod a. G. quod non est in eo medicine operatio. Scilicet operatio in conservatione sanitatis ab

eo quod exprimunt iste cause extrinsecus tamen sicut possibile est uti arte medicine

ut conservet sanitatem agere primo. Sed in curatione egritudinis est ei operatio. Hic est primo

G. hic in alia excusatione egritudinis sed loquitur in illo parum post. G.

Quot genera exercitate alterantia sunt corpus divide-

res secundum unumquodque eorum ad genus causarum salubrium inve-

niamus. .a.t. Quam nos declaravimus quod sunt cause que mutant corpus

necessario invenimus in unoquoque genere causarum genus

ipsum causarum conservantium sanitatem. Vult quod unumquodque causarum necessariarum corpori mutant ipsum

speciebus mutationis multis. Et quod unumquodque causarum conservantium sanitatem ex speciebus suis

est ipsa forte corporis. Nam si est melior forte tunc ipsa est ei equalitas. Et si est in-

forma optima tunc ipsa est que similatur illi forte. G.

Est genus unum quod ex continentibus nos aere. Alterum vero ex

motione et quiete et totius corporis et secundum partem. Tertium vero ex

sompno et vigiliis. et quartum ex his que offeruntur. quintum ex his que egeruntur et retinentur. sextum ex anime passionibus. a. t.

Et primum genus causarum que mutant corpus notum est ex [illegible] aeris continentis corpus nostrum. et secundum genus est ex motu et quiete in toto corpore et in unoquoque membrorum eius. et tertium est ex sompno et vigiliis. et quartum est ex eis que sumuntur. et quintum ex eis que effluunt ex corpore et constringuntur in eo. et sextum est ex accidentibus anime vel aliis. h.

Intellige a beo per minorem eius sextam. iste enim vult quod in magis consuetudine ex illis sex. sic res una per se et reliqua que sunt in continuitate illius unius mutant corpus a forma sua per se. et exponit tot [illegible]. G.

Sub his enim omnibus necesse est corpus quodam in dispositionibus contineri quod aut calefiat aut infrigidatur aut humectatur aut siccatur aut secundum copulationem eorum ad patiens aut secundum totam substantiam alteratur totum. a. t.

Quod est quod necesse est corpus ut alteretur et mutetur ab omnibus istis causis donec fiat in dispositione aliqua. exemplum quod quoniam calefit aut infrigidatur aut humectatur aut siccatur. aut accidit ei aliqua ex istis rebus secundum conpositionem aut mutatur substantia eius totaliter donec corrumpatur. h.

Aer continens mutatur et fit quandoque calidus et alia vice frigidus. et quandoque siccus et alia vice humidus. et secundum conpositionem fit calidus et siccus. calidus et humidus. frigidus et humidus. frigidus et siccus. et quandoque corrumpitur substantia eius et putrefit aut a vapore corporum mortuorum qui elevatur ad spacium et descendit ad aliquod pectus et putrefit aer illius partis aut coartatur in uno loco et non movetur et putrefit [illegible]. G.

Ex motu vero et quiete inmoderatis utique est ex istis rebus aut calefit aut infrigidatur aut siccatur aut humectatur aut secundum complexionem eorum aliquod patiens. a. t.

Ex motu autem et quiete certum quoniam unumquodque corporum est exiens ab equalitate sua. Motus modis sunt diversis et multis. exercitium enim quod est exercitium [illegible]. h.

Motus exercitium est quod est exercitium et labor sive [illegible] omnes operationes et [illegible] et labor sunt in continentia sub motu. et quietis sunt modi multi et diversi. alia enim est que est a lassitudine que fecit motus et alia est que est tranquillitas et requies et pigritia a motibus [illegible] motus enim et quies quoniam unumquodque corpus

per casum quantitatis intemperantis per mutationem corporis. motus enim facit accidere in corpore caliditatem. et quando superfluit consumit ipsum ad frigiditatem. et quies facit accidere in corpore frigiditatem. et quando superfluit extinguit caliditatem innatam / et conservans sanitatem est quod exercitium est equalitate. G.

·s. calefacit et infrigidat et cetera·

Ita vero et ex sompno et vigilia necesse est pati ipsum corpus secundum eandem rationem. A. T. Et similiter necesse est excusatio quando mutatur corpus ex sompno et vigilia. H.

Vigilie autem calefaciunt corpus. et quando superfluunt exsiccant ipsum. et sompnus infrigidat corpus in principio. et quando superfluit infrigidat ipsum infrigidatione forti. et conservans sanitatem in utrisque est quantitas que mediocris. G.

·s. cibo et potu· ·s. necesse est corpus disponi quadam dispositione·

Et ex hiis que offeruntur. A. T.

Et propter hanc similiter necesse est ut mutetur corpus ex eis que recipit ex cibis et potibus. et potus mutant corpus secundum suas quantitates et qualitates suas / et horas. H.

Et ex usu eorum secundum tempora mutationis / et conservans sanitatem est. quod est ex eis conficiatur corpori tantum. G.

·i. ex eis corpus mutatur et alteratur·

·facit dominantiam et repletionem·

Aut egeruntur / aut retinentur / aut contingunt in eo. A. T. Et ex eis que procedunt ex eis et contingunt in eo. H.

Superfluitates corporis que procedunt autem sicut urina et egestio et menstrua in horis suis / que quando mutantur ita ut addatur eorum egressio aut contingat minus corpus mutatur corpus. et conservans sanitatem ex eis est quantitas intemperantis. et non fiunt que procedunt et contingunt ante sanitatis aut egritudinis in tempore

·s. reparata. quod corpus indiget·

quia quando additur eorum processio accidit malicia dispositionis intemperate. Exemplum est quod videmus de urine. nos enim retinemus multociens eam propter occupationem que accidit nobis. et cum cessamus ab illa occupatione et volumus mingere fortasse fit difficile nobis emittere urinam / aut accidit nobis ex ea mordicatio aut adustio. et secundum hanc rationem est sermo in reliquis que fluunt ex corpore non aut contingunt in eo. G.

·necesse est corpus quadam in dispositione·

Et ex accidentibus anime. A. T. Et ex accidentibus que accidunt in anima. H.

Quedam eorum accidentium movent spiritum ab interioribus ad exteriora

·in fine suo s.·

sicut ira et gaudium. ira quidem movet ipsum motu forti. et gaudium quidem movet spiritum paulatim. et quedam eorum movent eum ab exterioribus ad interiora sicut angustia et tristicia et timor. et quedam eorum movent eum ab exterioribus ad interiora et ab interioribus ad exteriora sicut lehen

·i. dolor· ·propter pudorem·

et invenitur quod quando spiritus movetur movetur cum eo caliditas innata et multociens movetur sanguis. quod est. quia spiritus et caliditas innata sunt duo vapores in lesi. s. corde

·in corde·

quedam aerea et subtilia. et dicitur intelligibiliter quod spiritus est subtilior calore innato

Marginal notes (left):
Capitulum quod corpus alteratur a sompno et vigiliis.
Capitulum quod cibis et potibus et via medicine.
Capitulum de illa quibus fit via medicine et repletio.
Capitulum quod alterant corpus.
Capitulum quod diversa accidentia diversificant motum spiritus.
Capitulum quod addicit spiritum dilatat calorem.

Marginal note (right):
vide de deo tpbia / dispositione ... loco ... / videlicet

et calor mutat quod est frigidior et pluris humiditatis. et per motum harum .iiii. accidit corpori ut calefiat plus quam oportet aut infrigidetur aut desiccetur aut humectetur aut secundum compositionem harum qualitatum. scilicet ut calefiat et exsiccetur simul / aut calefiat et humectetur / aut infrigidetur et desiccetur / aut infrigidetur et humectetur. G. (applicat ad propositum)

Omnia hec. sunt que manifeste. sunt uero per medias alias causas alterant corpus. a. t. Omnes .n. iste res quas narrauimus necessario mutant corpus. quedam earum per seipsas et quedam earum per causas medias. H.

(o modus quo haec mutant corpus omnes modos etc. necesse est ... eadem ... formis alterent)

Sex cause sunt ex quibus non est excusatio corporis a mutatione corporis necessario quoniam sunt nisi sequitur ad interiora. tunc quedam earum mutant corpus sine medio sicut aer facit. nam ipse, magister dicit, corpus cum inspiratione per pectus et arterias et similiter per corporis superficiem dispositionis eius. quod est. quia corpus exspirat et expellit uaporem fumosum et attrahit aerem ex duobus locis et duobus modis. quorum unus est per apertiones uel opilationes pectoris. et alter est per opilationes uel apertiones arteriarum exterius cutis. et si non esset uelocitas alterationis aeris appareret impressio eius in corpore momentum dispositionis in qua mutatur aer. unde aer decoquitur et alteratur in corpore quia non apparet impressio eius in ipso donec superfluat. et propter hanc causam non inuenitur maior omnis homines apud mutationem secundum aeris. nam corpus cum chimus non est temperatus mutatur aere et resoluitur eius antequam alteretur ab eo. et quedam earum mutant corpus mediante dispositionum aliarum in corpore. et secundum temperationes chimorum et complexionis quod est. quia complexio quando mala est non temperat ad ipsam corruptionem ex causis aduentis mea. et secundum ad chimos malos temperat corruptionem ex causis conformibus malicie eorum. aer .n. quando occurrit in corpore cum corpore rei recipientis impressionem eius mutat corpus mediante illius rei. G. (addit.) (declarat p.)

Et corrumpunt salutem. a. t. Et si perseuerauerit et multiplicetur illa mutatio corrumpit sanitatem. H. (addit)

Uult quod impressio earum causarum sex quando perseuerat et multiplicatur sanitatem corrumpit et facit accidere egritudinem. et si non perseuerat et multiplicetur non facit accidere egritudinem / sed mutat sanitatem mutatione quadam aut ita quod sufficiet non in sanitate eius / aut ita ut perdat ... consuetudine complexionis et destructione ... faciat accidere egritudinem sed mutat sanitatem mutatione quadam. G.

Et scriptum est de his omnibus separatim per singula in salubrium causarum negocio. a. t. Et iam locuti sumus in omnibus istis causis in libro nostro de regimine sanitatis. H. (excusat se.)

Locuti in libro de regimine sanitatis in tractatibus primus eius regulas conseruationis sanitatis corporum que sunt in meliori forma et corporum que declinant ab ea declinatione parua. et dedimus in tractatibus posterius eius canones conseruationis

sanitatis corporum elongator a meliore fuerint elongatione in quo non pervenit
ad extremum egritudinis et rationes autem cessionis conservationis corporum que exoptata
sunt sive egritudine adeo donec evaserint et salvata sunt ab egritudine autem causas est. G.

Hec ergo omnia nunc dicta gratia salubrium corporum materie
quedam sunt et cum competenti usu corpora sunt conservantes
et salutem prestantes. Preter eas vero a contemperantia e-
gritudine constituentes. a. r.

Et ista omnia que narravimus ex egritudinibus corporum sunt
tollerantia complexionum et quando administrantur secundum quod oportet fiunt tunc conservantes sanitatem et
quando pertransierint mensuram equalitatis fiunt causa egritudinis. H.

Iste causas dicas esse mediocres quia imprimunt causas. vel nam ipse quando administrantur secundum
conformes configurantur complexioni corporis scilicet ut instituerint in quantitatibus suis et suis qualitatibus
et temporibus usus earum secundum quod oportet conservant sanitatem et quando administrantur non secundum quod oportet et per-
transierint in illo faciunt accidentem egritudinis quando perseverat transitus et multiplicatur. Ser-
va ergo has conditiones secundum quod unaqueque earum sex non corrumpit sanitatem et facit accidentem e-
gritudinis donec pertransierit mensuram illud quod oportet et perseveret illa transitio et multiplicetur. Cuius
exemplum est: quia si continuatur assiduitas comestionis ciborum calidorum et pertran-
sierit mensuram illud quod oportet et multiplicetur exeunt perveniunt secundum transitum duarum complexionum
eius. Nam si non est fit complexionis reducunt eam in primis ad equalitatem deinde convertunt
eam ab equalitate ad maliciam complexionis calide. Et propter hoc est egritudo prima magna et [illegible]
[illegible] propter vehementiam longinquitatis eius a re [illegible]. [illegible] calide complexionis. a. [illegible]
calide complexionis. [illegible] ipsarum est facilitate et est egritudo minor [illegible]
[illegible] propinquitate longinquitatis eius a re [illegible]. G.

Item vero ex hiis quedam media est quia non alias quidem signas earum que extra
has res signas nobis alias vero egritudinis arbitrium est. Sed easdem ad
ad alium quidem signas alium vero egritudinis [illegible]. a. r.

Iam ergo mediam esse ex hiis que non oportet
ut estimetur quod iste res quas extra corpus exeunt que conservant sanitatem eius aut faciunt eam
redire quando separatur [illegible] res que faciunt egritudinem et conservant eam. Vero ipse e-
xe [illegible] cause sanitatis et quandoque cause egritudinis et per comparationem ad aliud sunt alie. H.

Cause sex faciunt sanitatem et conservant eam et faciunt egritudinem et conservant eam
et faciunt quidem sanitatem quando egritudo est presens et administrantur administratione que est contraria e-
gritudini. Sic si infrigidatur aer in egritudine calida et sumuntur cibi infrigidantes faciunt sa-
nitatem et destruunt egritudinem. Sanitatem vero conservant quando ipse quando administrantur secundum configurationem con-
servant sanitatem. Egritudinem autem faciunt quando quando sanitas est presens et administrantur non secundum
quod oportet et pertranseunt mensuram et continuatur pertransitio mensure et multiplicatur faciunt egritudinem.
Conservant vero eam quando ipse administrantur secundum quod configurantur egritudini conservant eam. Et propter hoc dicit

de exer.

G.

runt antiqui quod ista gratia sex sunt causis continentibus sanitatem et egritudinem. et G. exponit hanc intentionem et dicit. G. [i. gimnasios i. ludos antiquitus secundum coria exercitium.]

Quando sic motu indiget corpus gimnasium est sanum quies vero egritudinis. quando vero quiete quies est sana. egritudinis vero gimnasium. Similiter vero et in cibis et potibus et in aliis omnibus. singulum enim si indigenti corpori adducatur et competentiam quantitatis et qualitatis salubre fit. non vero indigenti omnino oblatum aut non in competenti mensura et quantitate et qualitate egritudinem constituit. Haly.

Quod est. quia quando corpus indiget motu tunc exercicium est ei causa sanitatis et quies causa egritudinis. et quando corpus indiget ocio tunc quies est ei causa sanitatis et exercicium causa egritudinis. et sic res est disposita in cibis et potibus et reliquis rebus aliis. nam unaquaque earum quando occurrit corpori secundum quod indiget ea et est quantitas eius secundum quantitatem necessitatis est causa sanitatis. et quando occurrit corpori non indigenti ea aut in tempore suo est secundum quantitatem necessitatis ut fit causa egritudinis. H.

Iste sermo intellectus est et sufficit ut rememoremur ex eo dispositiones ciborum et potuum. nam quando corpus est indigens eis et utitur eis secundum quantitatem necessitatis sunt causa sanitatis aut conservantes aut efficientes. conservantes igitur sunt quando administrantur in dispositione sanitatis in hora qua corpus indiget eis et secundum quantitatem necessitatis eius. et sunt conservantes complexionis eius consignata scilicet complexionis eius. et facientes sanitatem sunt quando administrantur in dispositione egritudinis in hora qua corpus indiget eis et secundum quantitatem necessitatis eius. et sunt complexionis earum contraria scilicet complexionis egritudinis. Iam igitur ostendit G. in tractatu .x. libri de ingenio sanitatis. quare oportet ut dentur in firmis quibusdam cibi eorum. et si sunt in principio paroxismi ne dentur ab eo quod est post illud. cibi enim et potus quando administrantur infirmis in hora necessitatis eorum et secundum quantitatem necessitatis et secundum speciem que convenit faciunt sanitatem. et secundum hanc similitudinem regit medicus egros cum continentiis et sompno et vigiliis et constrictionis et evacuationis et motus et quietis et accidentium anime. et quidam medicorum narrabant adiutorium ex ducibus militie et corpus eius iam infrigidatum erat a debilitate caloris innate et fecerat eam redire ad naturam corporis donec extincta erat. dixit igitur medicus regi. precipe auferre arma huius ducis a venientibus quibusdam de exercitu eius et precipe eis ut faciant id quod dicam. dixit igitur rex quibusdam servientibus facite quod precipiat vobis medicus. dixit igitur medicus tenete hunc ducem dicentes et facientes donec cadat hic ei aut hic. excitata est igitur ei propter id quod fit ex eo fortitudo ire. quesivit dux ut acciperet arma sua. quesivit et non invenit ea. et non cessavit medicus excitare iram donec sciret quod iam consequutus erat quantitatem necessitatis. convenit igitur propter id egritudo ducis et rediit propter id sanitas eius et comparatio huius operationis medicine sunt multa valde. et desperare eius qui inveniuntur non hiis artis ex medicis est ut faciat ea. et G. iam edidit librum de hac intentione secundum hanc

---

Marginal notes:

doctrina quo iste causa sunt sanitatis et egritudinis. et postea hic de expositione quod expositione sue administrationis.

sed vide de quanto et quale.

i. reducatur in cibo. ubi maior est necessitas qualitatis et quantitatis attendenda.

declarat de cibis et potibus

considerat et ponit medicus

vide declarat medicus

vide de accidentibus anime.

addit quod multa fiunt ad hanc faciendam medicinam.

sili ne singulare quod nominavit negandarum vel reiungantur aliis pronosticacionis et variantur extra illius suis et in exposicionibus librorum ypocratis variaciones multas. G.

recolligit et recapitulat duas consideraciones.

Et hec que sunt due consideraciones circa salubre et egrum, qualitas et quantitas eius quod offertur. Aph.

Et ista duo sunt intenciones due invenientur circa sanitatis et egritudinis, scilicet species rei quod occurrit corpori et quantitas eius. H.

exponit quod dixit ista duo.

Sermo eius ista duo sunt, est dicto comprehendens quantitatem et qualitatem circa corpus sex, et iam nominata est in hiis sermone qualitas species rei et quantitas quantitas quantitatis rei.

respondet quod si quis posset querere quare non enumerat tempus inter alias consideraciones.

Et non tempus velud alterum aliquid ab hiis extrinsecum inducere in hiis que dicta sunt, concedet si bene dictum est. Aph.

Et non oportet ut nominetur hora necessitatis intencio extrinseca in istis duabus, quasi sit res alia ab istis duabus, cum sit complexa in hiis utrisque. H.

Ista duo sunt quantitas eius et qualitas quo indiget corpus extrinsecus circa sex, et propter hoc non nominatur hora necessitatis intencio extrinseca quia tempus est quantitatis et qualitatis, quia G. dicit mutat hiis sermone. G.

Et non indiget corpus tanta et tali oblacione. minus est quam in hoc tempore optimum offeratur, et gracia indigencie temporis est extra quod fluxum est et mutabile et mortale corpus indiget secundum mutaciones alias alterancium et alias adiuvancium. Itaque non est quod genere extrinsecum in hiis que dicta sunt tempus. Ad doctrinam vero plenariam pertinet quod extrinseco nominetur specialiter quod dictum est causam. Aph.

respondet alii querenti si prius enumeravit tempus cum aliis.

Quod est quia si corpus indiget obviacione alicuius speciei et alia quantitate, tunc minus est quod obviacio eius quod occurrit ei est in hora qua indiget ea; et non est tamen hora necessitatis extra quod oportet ut consideretur in eo ad locum. Non quia corpus quod movetur et resolvitur et mutatur velociter indiget secundum quantitatem speciei in mutacionis eius in horis diversis ut sint res quibus intendatur adiuvamentum eius speciei diversarum. Iam ergo minus est extra quod hora necessitatis non est intencio extrinseca que fit absque genere primarum duarum intencionum. Verumtamen nos utimur in ea iam sermone doctrine in loco eius propter causam quam narravimus. H.

exponit litteram et glosam.

Causa quam narravit est quod corpus est mutatum et alteratum indiget in horis diversis rebus diversis sicut indiget in estate eo quod infrigidat et in yeme eo quod calefacit. Fit ergo hore iudicium facientis necessario mutacionis qualitatis et quantitatis circa sex et residuum sermonis eius est intellectum. G.

Quando autem in hiis consideracionibus duabus sunt alie et alie cause salubrium, et mittit nos propositum quod est hic genus causarum, rursus repetamus eas. Alia. Et cum essencie causarum sanitatis in quibus locuti sumus et reliquarum causarum sanitatis de quibus non locuti sumus et non necessario adveniunt corpori sunt propter istas intenciones duas, tunc oportet ut intendamus ad illas causas et inveniamus eas meis. H.

Duarum intencionum una est que itur ad partem quantitatis cause, et altera que itur versus qualitatem et quantitatem. Et ille cause sunt genera causarum sex que conservant sanitatem et egritudinem. Quando ergo aliquis vult conservare sanitatem et intendit ad ista sex genera causarum et inquirit ex numero earum id quod sit iuvamentum in sanitate tantum, et administret illud corpori secundum illum modum. Et G. declarat hunc modum et dicit. G.

Perfecte ergo conposicionem corporis quod sic bene temperatum fuerit continentes conveniunt contrapaciencia et aliorum perfecta de quibus iam diximus quietis scilicet et mocionis et sompni et vigilie et oblatorum et egestorum. Alia. Dico ergo quod si corpus est secundum meliorem formam, deinde aer qui occurrit ei est equalis, tunc id quod convenit ei est equalitas sana ex quiete et motu et sompno et vigiliis et eo quod sumitur et eo quod procedit et reliquis que diximus ante. H.

Dixit autem sex genera causarum et nominavit hic ex eis quinque. Una earum est aer continens. Secunda est motus et quies. Tercia est sompnus et vigilie. Quarta est cibus et potus, et nominavit hoc id quod suscipitur. Quinta est constrictio et expressio, et nominavit eam id quod procedit. Et tacuit de genere sexto, et est accidencia anime. Et non tacuit de eis nisi quoniam rectificans et medicans accidencia anime non est ars medicine. Verum rectificat ea et curat ea ars alia que est aut philosophia aut leges. Et quando [illegible] ea medicus, tunc ministrator illius est per speciem que est sub medicina, et est alia species philosophie aut species legum. G.

Quando vero et si distemperatus fuerit in eo continentes et contrapaciencias minimum oportet inquirit (?) eucrasia corrupta fuerit. Alia. Et quando corpus est secundum illam formam et aer est inequalis, tunc oportet ut considerare quantum recessit aer ab equalitate, deinde inclinemus cause ille alie ab equalitate ad diversitatem prius ad quam declinat aer per quantitatem qua recessit aer ab equalitate.

Iam docuit G. in capitulo quod est ante istud ut in quarta (?) [illegible] sanitatis que est in meliori forma equalitas in unaquaque causarum. Quando infrigidatur aer calidus et sicce et humectetur cum effusione aquarum et flabellis et roratione aquarum ab altis et ramis arborum et herbis et odoriferis fetibus infrigidatibus et

h[oc] g[alienus] in pr[e]n[o]sticis . est tempora[n]t[ur] ex quo corpus quiescat q[ua]n[do] dolore incipit vel fatigari. f[er]venti[us]que in q[uo] est repleci[o] p[ro]p[te]r p[ro]p[te]r excitat . Pr[e]t[erea] quando dolor incipit ut desicce[n]t[ur] . s[e]c[un]d[u]m splenetic[os] . // Inclusis . q[ue] calid[us] cibis et s[u]btilis aduritur . frig[idus] aut[em] et g[ro]ss[us] non dig[er]it[ur] . medius a[utem] p[er]fecte digeritur . h[ec] b[ona] . egestis[que] sic ut caro vaccina non digeritur . q[ue]du[m] molli[s] aut[em] aduritur . q[ue] alia a[n]te t[em]p[us] egeritur // egestionis modus . q[ui]da[m] cibi inf[er]ior[es] egestio[n]es faciunt . ut malua . bimul . mercurialis caro porca pinguis . q[ui]a isti cibi n[on] b[e]n[e] in corporantur . dulces aut[em] pau[cas] egestiones faciunt . et fe[ci]tore in cor[pore] manent . tempar[a]te aut[em] egestio[n]es faciunt p[ro]porcionales sup[er]ius . inl[e]c[ti] cibi faciunt egestio[n]es siccus . sang[ui]nei san guineas et[c].

humiditatib[us] . et sessio sit in pallaciis et domib[us] subterraneis et aperco portar[um] ad s[e]ptentrionales et calefiat aer frigidus cu[m] augmentacione ignium et coopertura et aperco portar[um] ex quib[us] intrant radii solis et clausione portar[um] ad septentrionales . et sessione sub t[ec]to q[uo]d calefacit corpus et coopertura et ulti[us] ingemine[tur] donec fiat aer equalis. et s[ecundu]m inquirit ut sit illud quod comeditur et bibitur in q[u]alitate sua equale et q[ua]ntitate . et s[imi]l[ite]r h[oc] inquirit in unaq[ua]q[ue] car[um] sex et docuit . G. in his cap[itu]lo canone[m] suu[m] qui est si declinet aliqua car[um] sex ab equalitate ut sciat q[ua]nta est q[ua]ntitas declinacionis eius et summa q[ua]ntitatis eius . deinde inquiratur rectificacio illius declinacionis et destruatur illud quod fecit ea[m] accidere in corpore et incline[tur] residuu[m] car[um] ad partem contraria[m] parti declinacionis illius donec fiat per id in corpore in p[ro]p[or]cio rectificans in p[ro]porcione illius . et sint contrarie due in p[ro]porciones . et destruit unaq[ue]q[ue] car[um] alteram et remanet equalitas que est in meliori forma[rum] figurata s[ecundu]m id quod fuit . et posuit aere[m] exemplu[m] h[uius] canonis . et s[er]mo eius meo est intellectus et . G. d[icit] aggravat canone[m] p[ro]p[ter] id quod dixit in ipsa ar[te] in unaq[ua]q[ue] car[um] ut inveniat in s[er]v[an]te eius et ip[s]i[us] q[u]alitate . et canone[m] et equalitas in q[ua]ntitate eius . per in quo docuit illud quod oportet facere q[ua]ndo declinat aliq[ua] car[um] ab equalitate et dixit in ut s[ci]e[ndu]m simul hunc s[er]mo[n]e[m] . G.

Considerationes vero contemperantie in continentie que sunt ut neque rigere propter frigus neque sudare propter estum. A[uctor].

(interlinear: faciat aer simplex.)

Et oportet ut ponatur equalitas in qualitate aeris ut non horripilet corpus propter frigus suum et non sudet propter calorem suum. H.

Quod est quia intendit ista duo est equalitas in qualitate aeris. G.

(gloss: H[ec] d[icit] splenetica[s] inducit nausea[m], hi tribus aut[em] sicut stom[achum] inducit ire s[ed] loca harenosa ut desiccatur cib[us] ad sudandu[m].)

In gimpnasiis vero quando primum incipit dolore corpus quiescere statim remedium est. A[uctor].

Et in exercicio ut percipiat corpus quiescere quando incipit in corpore lassitudo. H.

Iste est t[er]minus equalitatis in motu qui est exercicium . et intelligitur ex eo equalitas que est in quiete . quia est ut incipias motum quando contrarium est corpus quiete et in dig[e]sti[one] exercicio quod exspirare facit ex musculis superfluitates contrarias meis. G.

(interlinear: et p[er] sudore[m] et p[er] exsiccacio[n]es callosis meis)

(gloss: H[ec] n[on] d[icit] bonitas cibi . s[ed] p[er]fectio digestionis . et signu[m] . quia boni cibi male digesti malos gignunt humores . bene digesti bonos . H. et.)

Inclusis vero perfectio digestionis et egestionis modus secundum quantitatem et qualitatem. A[uctor].

Inclusis vero est s[an]itas digestionis et equalitas egestionis in qualitate sua et distinctione sua. H.

(interlinear: s[ecundu]m q[uanti]tate[m].)

(gloss: simplex et in hora solita et tociens q[uo]t solitum est)

(gloss: colore in egestione te[m]p[er]at[ur] debet ad citrinitate[m]. q[ui]a sic pars deco[n]ta fugit . ita et co.)

**Cum excibus bonis quando non digeruntur chimus generatur malus . et excibus malis quando digeruntur chimus laudabilis . dixit . G. digestis cum . quando p[er] ea generatur chimus laudabilis. equalitatis vero digestionis oportet ut sit quantitas secundum conparacionem superfluitatis eius consimilis excibis et ut sit in essencia lene continuum cum non sit odor horribilis valde et color eius trahat ad citrinitatem . et egrediatur in hora consueta . et oportet ut intelligas conparacionem eius in equalitate eius quod bibitur . ita ut considerationes in urina quando ipsa signi

decimus (?)

3. G.

dispositione digestionis in ventris. G.

Et quando uero quidam in hiis oreris digestionis ita ut perceptore non indigeat quantitate in oblacionibus mecientem optima .i. non tantum appetit quantum et digere potest.

Alii. Et quando corpus est in meliore forma tunc quantitas appetitus in eo est equalis quantitati digestionis. non ergo indiget mensuratore qui mensuret quantitatem eius quod suscipit. quod est. quod corpus quando est in meliore forma tunc quantitas quam appetit ex eo quod suscipit est quantitas quam potest digerere. H.

Iam ostensum est in eo quod precessit quod quando stomachus est in re naturali tunc appetit id quod est conueniens complexioni eius. quod ipse excepit nisi in similitudine eius appetitus. secundum .i. in eo quod est sanitas est inuenta in corpore in meliore forma ut homo appetat id quod conuenit ei. et non appetit in eo addicionem nec diminucionem. ergo est non eius mensurans quantitatem ciborum et potuum et quantitate eorum et non indiget adiutorio medicine extrinsece. G.

Ita uero et sompni quantitatem metitur ipsa natura in hiis qui sunt in optima complexione et quiescunt statim dormientes et non amplius indiget corpus. Alii.

Et secundum hoc est dispositio in quantitate sompni .i. natura mensurat quantitatem eius quod indiget ex sompno in corpore quod est in meliore forma et non recedit ab eo ab eo sompnus nisi quando consummatur necessitas eius. H.

Intellige similiter hunc eundem in vigilia .i. non sufficit mensurare illud et facere ipsum currere secundum quantitatem necessitatis absque adiutorio medicine eciam et est sermo eius melius. G.

Et ita eis dieta utentibus in negociis nichil delinquentes ... conveniente et urinas et totius corporis .i. egestiones temperancia facit oblacionum. Secundum uero totius corporis transpirationem mediocres respirationes et salubres efficit usus. Alii.

Et quando est regimen eius secundum regimen non accidit ei lesio penitus in processione eius que procedit ex eo de egestione et urina et resolucione corporis totius. quoniam equalitas eius que fiunt ex cibo et potu exigit ut sint egestio et urina secundum dispositionem secundum quam sunt in sanitate. et equalitas exercicii indiget ut sit quod resoluitur in corpore toto secundum disposicionem eius que resoluitur ex sanis. H.

Dixit G. in regimine sanitatis corporis quod est in meliore forma equalitate

optima ii

addit quidam ... in mediata ...

dat modum ... sompni et vigilie.

... de manibus ... replecione.

animalis et equalitate motus et quietis et equalitate ciborum et potuum et equalitate sompni et vigilie. Et remansit sermo eius ex eo quod non dixit equalitate eius quod precedit et consequitur. Ergo redeo ... quod regimen quod est secundum hoc quod dixit ex equalitate. Et tunc sequitur ... ut sit id quod precedit et consequitur secundum equalitatem. Et ut egestio et urina sint equales secundum equalitatem ciborum et potuum in quantitatibus eorum et qualitatibus ipsorum. Et secundum bonitatem digestionis et sanitatem operationum illarum. Sed et illud quod resolvitur ex toto corpore est secundum equalitatem secundum sanitatem operationum illarum et secundum exercitium temperatum quod exspirare facit et resolvit superfluitates latentes cum equalitate. G.

Abstinere vero oportet quantum ab intemperancia omnium harum anime passionum, scilicet ire et tristicie et gaudii et furoris et timoris et invidie et sollicitudinis. Excedunt enim hec et mutant corpus ab ea que est secundum ipsum consistentia. Ali.

Consequuntur homini secundum corpus ut prohibeat a superfluitate in omnibus accidentibus anime, et significo per accidentia anime iram, tristiciam, gaudium, furorem et invidiam. Nam omnia ista accidentia anime immutant corpus et extrahunt ipsum a dispositione illa. H.

Intellige sermonem G. et ita oportet homini secundum corpus ut prohibeat a superfluitate in aliquo accidentium anime. Nam est sicut speculatio ... ex quibus causis consequens corporis physici. Dixit G. oportet homini corpus secundum meliorem formam ut prohibeat per philosophiam aut per leges positas a superfluitate in aliquo accidentium anime, quia medicina non contemplatur in illo neque mensurat illud et non utitur eo nisi modicum ... tamen secundum semitam medicationis. Et philosophia que ordinat equalitatem accidentium anime preter sanitatem eius. Et oportet ut intelligas a G. differentiam inter furorem et iram. Ira quidem est ut desideret homo vindictam. Furor vero est ut excitetur ira et non est ... ex vindicta aliqua. Et accidentia que anime sunt multa. Et id quod innuit G. exercitium est exemplificatio eius quod remansit exercitii. Et quedam eorum faciunt accidentia calida superflua sicut ira et furor. Et quedam eorum faciunt accidentia calida equalia ut gaudium et leticia. Et quedam eorum faciunt accidentia frigida addita sicut timor et pavor. Et quedam eorum faciunt accidentia frigida temperata sicut tristicia et invidia. Et quedam eorum faciunt accidentia siccitate sicut angustia et invidia. Et totum quod faciunt ista accidentia non faciunt nisi mediante motu et cetera. Et illud quod convenit cum meliori forma exercitii est id quod est temperatum ad illud exercitium quod non est superfluum. H.

de accidentibus anime

Venereorum vero secundum Epicurum nullus usus salubris. Sumptus vero verum ex intervallis tantis ut in nisibus corporis neque dissolucionem senciant et leviores ipse se ipso videatur fieri et melius dormiens. Ali.

Vidit autem Epicurus quod ex ...

usu coitus non est adveniret quod sit cum sanitatis. vitans autem est qui exclusus est ab in nimis cum sanitatis. et est ut sit inter horas usus eius elongatio id est quod non sentiat urens eo quando utitur ipso mollificationem et debilitatem. immo sentiat quod corpus eius post quam usus est eo sit levius quam erat antequam uteretur eo. et anima eius melior quam erat antea.

Coitus est ex actionibus anime. et G. quidem multis loco fecit ei capitulum singulare. nunc docuit illud quod convenit institutioni ex eo. et similiter quod epicurum est defecta ipsa quod aggregatur in corpore superfluitas ex sperma. si vero non egreditur per coitum coartatur in corpore et generatur ex ea egritudines male. quod est quia ex coartatione eius generantur ex eo vapores mali qui ascendunt ad cor et cerebrum et stomachum et corrumpit sanitatem illorum membrorum et generant egritudines. et fortasse ex eo adest similis in potu veneno. sic accidit ei qui consuevit coitum et dimittit eum longo tempore ex debilitate appetitus cibi et pigritia in motibus et agravatione humoris melancolici et fortasse corrumpitur et excitatur ex eo quod est simile ictui veneni. sic id quod accidit mulieribus ex suffocatione matricis et multis viris qui moriuntur ex eo subito. et propter hoc qui evadit ex egritudine coartationis spermatis est ille ex cuius corpore resolvitur superfluitas hec aut per exercicium et emorroydas ut in viris aut per purgationem menstruorum ut in mulieribus aut per alia preter eo. de proprietate eius est carminare superfluitates et resolvere eas a corpore. coitus igitur est cum custodie de sanitatis qui egredi sperma quod in coartatur erit et est cum corruptione sanitatis quando est in corpore sperma coartatum. quod propter oportet ut sit usus eius equalis. et G. quidem iam docuit eius equalitatem et dixit ut sit inter horas usus eius ex spacio id est quod non sentiat utens eo cum ipso utitur mollificationem et debilitatem sed sentiat post usum eius levitatem in corpore eius et fiat anima eius melior quam fuit. et G. quidem declarat horas usus eius quando est indigentia eius et dicit. G.

Tempus vero usus eius est quando perfecte medium fuerit corpus inter exteriores omnium constitutionum nec sic repletum corpus nec indigens nec sic infrigidatum nec sic calefactum aut exsiccatum aut humectatum immoderate. Si vero peccet aliquando corpus parum esto peccatum. melius vero est calefacto magis quam infrigidato et repleto magis quam evacuato et humectato magis quam exsiccato corpore uti veneris. Alii.

Hora autem usus eius est quando corpus est ut medium inter omnes dispositiones accidentes extrinsecus. donec non sit plenum valde nec vacuum. nec calefactum valde nec infrigidatum valde. nec transiens equalitatem in siccitate nec in humiditate. et si erratur utens eo in usu eius oportet ut sit error ille parvus et ut utatur coitu cum est calefactus est melius quam ut utatur eo cum est infrigidatus. et ut utatur eo cum est

plenus melius quam ut utatur eo cum est vacuus. et ut utatur eo cum est humidus est melius quam cum est siccus. H.

Iam dixit G. testiculorum quidem necessarium est scire in regimine sanitatis et declaratio eorum in hoc sermone et nullo quidem est [illegible]. et docuit quidem errorem in usu eius quod oportet ut sit error ille parvus. et ipse quidem significavit mutare sanitatem. et docuit in quibus dispositionibus oportet ut utatur. et non fecit sermonem multum in coitu nocivo. non quod ipse multum [illegible] accidit mors senectus festina ante horam suam. precipue illi cum complexio testiculorum est frigida et sicca. et iam dixit in primo huius libri quod ex hominibus fortiores sunt coitu ille cum complexio testiculorum est calida et humida. qui ergo vult regere sanitatem oportet ut comparet eum quidem est in hoc sermone cum dispositione complexionis testiculorum. Dixit G. et sermo sic magis vacuat sanitatem corporis meliorem fortem quam complexio testiculorum est equalis in hac forte. non condicionavit in sermone suo in coitu cum complexionis testiculorum. et ergo tu continuas quod evacuat sanitatem declinare a meliore forma tunc fac comparationem cum sermone. G. in usu coitus secundum complexionis testiculorum et reliqui corporis. G.

Qualitates vero singularum eorum que data sunt eligere in his que sunt optime compositionis oportet gimnasiorum quidem in quibus omnes partes corporis proportionaliter moveantur, ut hoc membrum quod non sit dolear, hoc vero minus doleat. Avicenna.

Exercitium autem quod oportet eligere ex innatis harum causarum corporum quod est secundum meliorem formam est id quod variatur. exercitio quidem oportet ut eligatur exercitium in quo moveantur omnia membra corporis secundum proportionem et non laborat aliud corpus plus et aliud corpus minus. H.

Exercitium in quo moventur omnia membra secundum proportionem et non laborat aliud corpus plus et aliud corpus minus est id quod fit cum pila parva et quod erit cum eius [illegible]. et G. quidem iam exquisite perscrutatus est de exercitio et fecit sermonem in eius de regimine sanitatis et edidit in exercitio de parva pila tractatum singularem. G.

Eorum vero que comeduntur aut bibuntur maxime eucrata eligere. hoc non maxime sunt convenientia eucrasie nature. Avicenna.

Ex eis vero que comeduntur et bibuntur oportet ut eligantur ea que sunt in ultimo equalitatis. quoniam ista que sunt ita convenientes sunt nature que sunt in ultimo equalitatis. H.

Habentis meliorem formam indiget in quibus facere hoc forte sic se ut sit regimen eius et reliquorum dispositionem similes ei. sic ergo ipsa est equalis sic oportet ut tenet que continet exercitium et ex sic equale. que ista cibi et potus decentes sunt et decocti et exercitium ab illis fidalegis et alcubegis. et temporibus unum clarum et reliqua que dixit multa chimera gaire chimia laudabile. G.

de conservacione sanitatis ut in libro

Similiter non et in aliis. Alius. Et similiter est dispositio in reliquis rebus. H.

Hoc est ultimum quod dixit G. In conservacione sanitatis melioris forme. ipse innuit intelligi in eo canone corporum. et est ut sint omnes res quibus regitur equalitate et in quantitatibus suis et qualitatibus suis et in horis necessitatis usus eorum. G.

Si vero sit ad optimam comparacione deficiat corpus non in multum vero huic et conservantes sanitatem eam secundum temporum mutabunt. Alius. Et quod est corpus diminutum a meliore forma disposicione sua. Deinde non est diminucio eius in multa ab illa tunc eam que observat sanitatem eius secundum remotionem ab equalitate sua per quantitatem remocionis eius ab ea. H.

Iste canon est communis in conservacione sanitatis corporis declivis a meliori forma. Et sermo meo secundum intellectum G. est manifestus agitatur valde. Quando dicit in hoc libro quod oportet ut sit declivus ad partem declinacionis eius quod dicit in libro eius. Et oportet ut sit declivus ad partem declinacionis eius quod dicit in libro eius de regimine sanitatis et in libro ciborum et in aliis. Et oportet ut sit declivus ad quantitatem partis declinacionis eius. H.

Pluribus vero talibus existentibus corporibus secundum singulum genus separatim dicendum est. Alius. Et species corporum que sunt secundum hunc modum sunt multe. Oportet ergo ut omnis speciei exercicium loquamur singulariter secundum singularitatem eius. H.

Vult quod oportet ut singulariter fiat unicuique corpori declinanti a meliore forma singulariter fiat ad conservacionem sanitatis eius et ad reductionem ipsius ad formam optimam capitulum in quo docetur quo conservetur sanitas eius et quo redeat ad meliorem formam. G.

Talis ergo permutatur corporis inorganicorum vero partium convenientia non permutatur duplicem habet formam salubrium corporum. alteram quidem servacionem eius existencium. alteram vero eorum que ad optimam ducitur. Alius. Dico ergo quod eam sanitatis corporis quod in partibus sunt equalitate in complexione sua et non permutant equalitatem in composicione membrorum officialium secundum duobus modis. Unus eorum ut conservatur complexio eius secundum quod est et talis permutatur complexio eius secundum quod est et talis permutatur complexio eius ad meliorem formam. H. Iste sermo est intelligibilis.

Servantes vero eius existencium tamen permutantur ab eventu non eam sanitatem et tocius corporis existentis ab illa per factam mu-

tis. Averroys. Et causa quare conservat complexionem eius secundum equalem reflexe accidit quia conservant complexionem eius que est in ultimo equalitatis per quantitatem reflexionis complexionis illius corporis per quantitatem quam conservat a complexione que est in ultimo equalitatis. Iste canon est in conservatione sanitatis eius cum complexio vero corporis declinat a meliori forma, scilicet ut in suis rebus. Causa sex in suis rebus reflexionis ab equalitate per quantitatem declinationis corporis a meliori forma. G.

explanat canonem per exemplum.

Calidiora vero corpora calidioribus indigent adiutoriis. Frigidiora frigidioribus, et sicciora siccioribus. Humidiora vero humidioribus. Et secundum copulationem calidiora et sicciora calidioribus et siccioribus. Et huius proportionalis sunt reliquis etiam complexionibus. Averroys.

Quod est quia corpus quod est calidiora eo indiget regimine quod est calidius regimine quo indiget habens illam formam complexionis. Et corpus quod est frigidiora eo indiget regimine quod frigidius est. Et corpus quod est sicciora eo indiget regimine similiter quod est siccius. Et similiter corpus quod est humidiora indiget regimine quod est humidius. Et secundum hoc est compositio. Nam corpus quod est calidiora et sicciora indiget regimine quod est calidius et siccius. Et secundum declinationem huius erit res cum reliquis aliarum compositionum. H.

tangit apparentem contradictionem

Iste sermo mihi libet est communis sermoni eius malus liber suus, quoniam ipse dicit in libro de regimine sanitatis et in libro ciborum quod corpora que sunt calidiora indigent regimine eorum que sunt frigidiora. Et secundum hanc declinationem in reliquis. Et per obstruuntur. G. sermonem suum. Precipue quia ipse non distinxit inter regimen conservativum et inter regimen permutativum. Dixit in regimine permutativo quod oportet ut regantur corpora calidiora rebus frigidis donec redeant ad equalitatem. Et secundum hanc declinationem est in reliquis corporibus declinantibus a meliori forma.

removet hanc apparentem contradictionem.

bonum est. n. cum non mutetur et consistat nec est multum macilenta. quod si taliter perseveraverint usque ad senectutem ultimam vivent. si autem inclinatio est ut ultimum in macie quam in consistentie. consistere. n. corporum venae sunt anguste unde non ipsi habundant in sanguine. et ideo cum etas eorum prolongatur paucis et parvis accidentibus extinguntur. sed macies non sic. quia vero membra eorum principalia sunt discooperta parvis exterioribus sunt pacientia. temperati vero utrumque et dilatantes deliciose ut ingrescant vene et arterie eorum et forme permanent large. unde non cito extinguitur eorum calor. xxxv.

Epilenticorum iuvenibus alterationes maxime etatis et temporum et locorum et victuum faciunt. Epilensia apoplexie est vicina et una utrisque est causa. sed in apoplexia virtus ad nervos veniens tota est ablata. in epilentia vero non tota sed eadem virtus quodammodo est impedita. utrumque vero facientes humi sunt frigidi et grossi. unde etas iuventutis que est calida et sic epilensie est medicina. per hanc rationem faciunt et regionum mutationes et victuum. sed non mutationes omnium victuum sed eorum ad calidum et siccum tendentium. per victum sensibilem absolute et iuvamentum est epilenticis. haec. n. passio ex mala et inordinata dieta nascitur. mutationes vero sunt habite et est ad meliora. xxxvi.

Duobus doloribus qui simul fiunt non secundum eundem locum maior denigrat alterum. Sicut partes dicimus qui firmantur et stringuntur stabilia. sic bene circa locum intelligimus in proposito esse ut. si vero locus habuerit tamen unum spacium quod ad armus brachium coxa crus et similia inquam horum duorum dolorum sunt unus alterum augmentat non alterum altero maior sentitur. si vero in duobus locis ut si unus in brachio alter in crure sit maior obfuscat alterum. ut. n. sensibilia ad maiora sunt tota conversa sit ideo et in tristicia videmus quod dolor est anime et si aditam maior tristicia non utique sed eruina minore tristicia obscurat.

Circa generationes saniei dolores et febres magis accidunt quam facta sanie. Saniesa de sanguine fit mutato et sunt duae qualitates mutationis bonum et malum secundum res. mutatio. n. ad malum absoluta per putredinem et fetorem secundum. mutatio vero ad bonum qualitatem membrorum sic generatis reparatur. sed mutatio saniei iuxta utrumque secundum. non. n. de solo calore est illi non non illi. dolor autem in fit per excessionem membri inquam est apostema. quia et cum sanguis movetur ebulliens ad mutationem in saniem. sanies. n. de sanguine est. sic cum ex multorum linguorum accessione unum et dolor et febris alleviatur cum est iam facta

... quod exercitium vide ante. | assueti ... exercicio sume ab ante.

inderatur. maxime si sanies effodiatur. re. n. in consumitur et calor extinguitur.
remedium. et hoc si est ex sola motione. quia motio facit fluxum humorum ad membra et fit dolor

In omni motione corporis cum ceperit quis dolere statim quiescere remedium est. XXXVIII.

statim. quia si dimitteretur continuare motum quies non remediaretur.

Exercitium utile est. nam commovet calorem naturalem et facit validas et validas facit quae sunt in nobis virtutes naturales vitales et animales. sed in exercitio sunt consideranda et tempus et quantitas et modus utendi. nunc de quantitate regulam dat Ypocras dolor hic quies est. et polos lingua greca dicitur significat labores fatigacionibus. quod autem hoc intelligi debet ut esse videtur. si enim huic se moveat quisque membris doleant ex minimo motu et non ita fatigentur ut non sine magno labore eadem membra moveantur. quies est cum ceperit dolere remediabitur.

Assueti assuetos ferre labores et si fuerint imbecil- XXXIX.
les senes insuetis et fortibus et iuvenibus facilius ferunt

Hic amphorismus secundus est continuus nam de sanatis hic sermo est et sequitur de quantitate exercitii. hic vero utendi significat modum ut sit sic oportet exercitaturos ad consueta ducere gignasia. dat autem Ypocras nobis medicinale signum. omnis consuetudo prius habita levior est. alter enim alio aliter consuevit fatigari. ut porte quidam pedibus alteri manibus alii de aliis actibus et quidam ex totis corporibus. item quidam eadem hora quibus ad laborem utuntur magis excercentes. quidam vero minus. membra vero que ad laborem magis sunt exercitoria ipsa per se ad illud quod consueverunt insuetis confortacior a et minus molesta.

Ex multo tempore consueta et si fuerint deteriora insuetis minus molestari consueverunt. oportet igitur ad non consueta transmutare.

Non solum hic de exercitiis ut imponi sed absolute de omni consuetudine dicitur sunt potus sive cibi sive balnei quietis sompni laboris caloris frigoris tristicie. quod dicit si sint consueta insuetis minus sunt ledencia. cum eadem est que in exercitiis eadem membra data est ex consuetudine sermo de omni mala consuetudine ego dicturus sum cibus et potus ipsa secundo dant virtutem. de secundo certa membra mutuantur et nutriuntur. item cibus et potus quedam mutacione corporis in sua natura mutat quod mutacio longius augmentatur temporibus et maxime cibum et corpus quedam actus media quod dicit nos monuimus in libro de actutibus ubi ostendimus quod omne quod alium assimilat cito assimilans assimilat in sua natura et hic virtutem et omne mutabile mutando simile mutat mutando fale immo omne corpus tangencia quantitalibus mutacione illud erunt mutancia. ut si aer in frigido in calido corpus tangit frigido pori clauduntur et corpus

constipatur. calidus aperiuntur et rarificantur. si autem corpus calidum ac rarificatum frigidus aer tetigerit statim in interiora repellit et multum sibi nocet. quod autem multis de consuetudine sunt dicenda hic ypocras monuit quod expresso probavit. non tamen causas ostendit. sed nos quidem hec satis monuimus. sufficiat ergo quod in prima parte huius amphorismi monuimus. quod autem in fine dixit oportet ad non consueta transire mutare. auctoritatem dixit quando senuerit corpus possit recipere vel recuperare. si enim homo una consuetudine habuerit in dubio moratur, quia nullus est qui aliud aliquid non consuetum moveat. immo invenit bonum esse adeo probanda transire ne si forte sibi evenerit quod non consuevit ante, quod si in manere nocerat hoc non facere potuit si non in una consuetudine permanens ad contraria se transtulerit.

Secundum multum et repente evacuare aut replere aut calefacere aut infrigidare aut aliter quolibet corpus movere fallax est et omne multum nature inimicum, paulatim vero tutum et aliter transire ex alio ad aliud non.

Hec nobis immutare precepit quod omne quod est multum molesta sunt corporis. non perfecto non est nisi ex temperamento. unde ad ultimitatem venientia non corrumpentur. que paulatim deplentur et manent et similibus fiunt et bona et secura sunt. in alio amphorismo dixit ad non consueta transire debere.

Omnia secundum rationem facienti et non evenientibus secundum rationem non oportet transire ad aliud manente eo quod visum est a principio.

Sapientem non debemus infamare si non illico in febribus bonus successus fuerit sibi et si actio non appareat ad quod intendit. sicut enim aque guttatim effluens durities effectum suavis penetrationis solum quamque ostendit. sic et in morbis ad digerendos duris si rationabiliter et bona via se exercuerit sapiens et non apparuit actio tamen non desistat rationabiliter. transire ad aliud duobus modis fit. vel enim qualitate vel quantitate. qualitate ut siquis a calidis ad frigida vel a siccis ad humida medicamina permutet. quantitate ut siquis a calidis ad calidiora vel a frigidis ad frigidiora. dixit ergo huiusmodi que secundum rationem medicantur et si non secundum sensum cognoscat egrotans adiuvari fit sibi non expediens est ad aliud qualitative vel quantitative. ita hoc facere methodicum est et econtra quod secundum experimentum medicinam utuntur manere ergo in eo quod a principio visum est eadem nam si mutetur ut terciana fiat cottidiana tunc medicinam mutare licet.

Quibus ventres humidos habent iuvenes existentes melius convivunt siccos habentibus. in senectute vero deterius convivuntur.

exponit primam partem

distinguit vel exponit transire

exponit ultimum. s. manere eo et cetera

siccitatem, id est ut in pluribus senescentibus.

Hic amphorismus iam expositus est, ut potest sciri ubi dixit quibus corpora iuvenibus et cetera. bonum est in iuventute fluxum ventris habere, quoniam superflua faciliter egrediuntur, sed quibus non fit hoc senectutis est gravius, quia corpus senum desiccatur.

Aphorismus.

In magnitudine vero corporis iuvenescente quidem decens est et non insuave, senectute vero inutile et peius minoribus. Magnitudo. G.

Magnitudinem corporis per duo hic dixit, quod temperamentum in longitudine latitudine profunditate solum significavit, sed corpus in longitudine sola homines consueverunt dicere magnum. Verumtamen cum sit solum longum, licet careat multitudine latitudinis et profunditatis, magnum vocatur. Sed tamen non est grossum. Ypocras vero non adhuc magnitudine intendit, id est non hoc malum est in senectute. Qui sic intellexerit quod sit in senectute molestum, in iuventute fit bonum. Solum longum intenditur, in quo quod dixit ... hic, id est in senectute, corrigitur et incurvatur et gibbositatem et incabbatione portat. Talibus iuvenibus contingunt maiores in senectute musculi ... remanent hiis, et peius est hiis quam minoribus, et si contingat eisdem ... spinales musculos.

Incipit prohemium tercie particule. G.

In hoc tertio volumine dispositionum exponere quod in hac tertia particula dixit de natura et temporibus anni et estate. Obscuriora tamen volumus dicere indigentia expositione de unoquoque. Horum quidem primum consuetum est movendo et disputando scientiam Ypocratis magis involucra ... repugnando quod est luce clarius quam mirabiliter magis est exposuisse et iterum Ypocratis in his libris distraxisse, qui quod exposuit a quadam magistro suo certitudine accepit. Hec autem non rationabiliter attulit, sed quod experimento didicit, Ypocrate cum hic testante quod non solum experimenta introducantur.

III particula amphorismorum Ypocratis. Amphorismus I.

Mutaciones temporum maxime generant morbos, et in temporibus magne mutationes aut frigiditatis aut estus et alia pro ratione sic. G.

Quidam arbitrati sunt dixisse mutationes temporum ac si diceret alterius temporis succedit alterum mutationem, id est yemis advergat, sicut dixit in infirmitatibus. In natura pluris dixit mania melancolia epilentia ... sed vero mutentur in estate et in initium estatis ... continuas terciam causon et omnia que nominavit esse testatur. Ver et autumpno

et in hyeme. Ita Ypocras intenderit intendisse temporum mutationes
earum continuationes. Sed in hoc amphorismo vult quod hec quod hic non intellexisse
autumnat vel autumnant. Si enim hee mutationes temporum hos morbos
esse dixit generant non alios morbos preter istos immorantur mutationes temporum
magis preter hos morbos generarent quam amplius fiunt. Item si sic esset quod in horis
magne mutationis magis adderet. Unde nos intendentes invenimus non solum
temporum mutationes sed earum complexiones quam maxime sunt generantes morbos et
omni modo mutant complexiones suas. Item idem in epidimia dixit quod predicta
dicta quod subintulit et in horis maxime morbos generari et mutantur in
plerisque suis unum esse potuit. Sed tamen non qualiscumque mutatio sit mea
dictum morbos generari non tamen est magis mutatio fuit. aliter esse non po
tuit. Et ideo magne mutationes dixit in horis fertilitatis sive esti
et autem frigorum evenire, id est humiditate et siccitate ventorum et sufflationum
et eorum quiete. Hec vero est expositio libri et intentio Ypocratis. Invenitur autem
in aliis libris: conversiones temporum anni esse sunt generandi morbos ma
xime si magne sunt et in eodem maxime mutationes. quibus ex verbis non
est obscurum maxime qui mea expositione ... intelligunt. Et in
aliis libris aliter est invenimus et non idem ... intelligitur. ... mu
tationum temporum quidam intellexerunt hic transitum unius temporis ad alterum
ut estatis ad hyemem et hyemis ad ver. Non absurde quidem. Nam hoc paruit
egritudine. Unum indigne sunt Ypocratis contradicere. Sed mutationes temporum
hic intelligende sunt eiusdem temporis per qualitates alterationes. Verbi gratia si in die
quod est non frigidus calidus fiat. magne sunt mutationes quam omnium qualitatum
permutatione fiunt. ut si estas calida et sicca frigiditatis et humiditatis
affectionem sumat. vel in eadem nunc calor post frigus vel iterum calor post frigus fiat.

Nature hee quidem ad estatem, hee vero ad hyemem bene aut male ·II·
nate sunt.

In hoc loco nominavit Ypocras naturas que scire et
invenire debuerunt notari, id est subiecta naturis. Nos
autem hic complexiones eorum esse diximus, id est calidam, frigidam, humidam, siccam. Immo
minus quam multas complexiones. IX esse complexiones: una equalis et est perfecta, VIII
vero inequales, et hee imperfectiores sunt aliis. Harum IIII singule qualitates
dominantur unicuique: calida, frigida, humida, sicca. IIII in duabus, id est calida
et sicca, frigida et sicca, frigida et humida. Unde complexiones habentes frigidam et humidam
in estate bene se habent, calidi et sicci in hyeme melius. Sed calida
et sicca in estate peius, frigidi et humidi in hyeme peius. Et quoniam est autem
complexio in me has, id est caliditas et humiditas, que in estate propter humiditatem
et in hyeme melior est propter caliditatem. ·III·

Egritudinum alie ad alias bene et male nate sunt.

Naturarum temperatarum hee bene se habent frigide et humide in estate temperata contraria. in immoderacione autem calide et sicce male. calide et sicce se habent eo quod intrinsecus temperantur huius in immoderacionem cadunt. similiter et in yeme frigide et humide temperantur male se habent. calide et sicce bene. bene et male duobus modis est. dicitur enim secundum generacionem et secundum solucionem. ut bene nate est frigide. bene nate est solum. ut calide egritudines bene nate sunt in estate frigide et bene nate sunt in yeme solum. eo quod generacionem omnem secundum soluciones vel curaciones. quare secundum calida ut terciane causon in yeme male nate sunt frigide. ostendunt enim nimiam causam imminere. ostendunt enim calorem nimium quod inferunt male autem nate secundum solum in estate. et similiter per locum et secundum dietam et secundum etates.

Et etates quedam quod ad regionem et tempus et dietas. IIII.

Hic autem amphorismus parum antiquitus dictum de masse. bonum autem esset si sic diceret. omnes morbi secundum etates et tempora anni et regionum et dietarum comparaciones bene vel male melius vel peius nati sunt. morbi ex similitudine generati et ex contrario curati meliores ex comparacione vel obtemperie temporum anni secundum quod nos explanavimus est in morbis egrotantes quibus propter hoc in hoc principio tantum et est diximus. etates sic et hoc intelliguntur. quibus humiditas in estate dominatur et caliditas in yeme melius se habent. senes enim in estate melius se habent. iuvenes vero in yeme. idem de morbis et etatibus secundum regiones intelligimus. morbi autem calidi in regionibus nascentes calidis minus sunt molesti. etas vero calida sanior est in regione frigida. immo ubi omnia bona secundum contrarium accepta. morbis enim frigidis et etatibus diete calide sunt meliores morbis vero et etatibus humidis sicce diete. sed licet hec sint meliores ex accepte contrario tamen temperate tempore regionum dietarum temperata esse. sed non solum meliorantur ex consuetudine. etates quod in eo quod secundum naturam similibus gaudent. medio vero quod contrarium naturam in regione est iste sermo etatibus. V.

In temporibus quando eadem die aliquando calor aliquando frigus aliquando vero estus autumpnales egritudines expectare oportet.

Tempora anni non causa morbi sed mutaciones sue complexionis. complexionibus que ex temporibus in quibus libet sibi oppositis mutatis quamquam hora seu tempore mutentur. necesse est ut morbi generandi causa generentur in temporibus ut in vere incipit frigus calor eadem die. item ut certa hora tercia fiat frigus et inde calor. autumpnales egritudines. id est inequales expectare oportet. nam inequales in autumpno fiunt eo quod inequale sit tempus illud. inequalitas autem fit quando tribus diebus

fit calor et tribus diebus frigus. diffunditur enim ex calore et relaxatur corpus. ita ut rursus frigore intercepto subito retrahitur in profundum et constrictionem pororum corporis faciens. diversa quoque die nunc quidem ad calorem, nunc vero ad frigus dissolvitur laborans et tunc non fit per vacuationem regionum digestio sed humores varii varias et incompositas et inequales faciunt egritudines. vi.

Austrini flatus gravant auditum, caliginosi, capitis gravantes, pigri, dissolutivi; quando isti prevaluerint talia in morbis expectare oportet. Si vero boreas fuerit: tusses, faringes, ventres duri, dysurie, horripilationes, dolores laterum et pectorum; quando isti prevaluerint talia in morbis expectare oportet.

Infirmitates dicit futuras cum austrinos gravare auditum dixit, quas necesse fuit eum tangere, quia non oportet que nascuntur de interioribus membris per excessum extraneis medicine discernere, ut per quod instrumentum possit iudicare. Nam aut graviter iudicare. Unde austrinus gravat auditum, quoniam si complexio huius venti sit calida et humida necesse est capitis facere gravedinem. Unde cum iste suffleret instrumenta sensibilia humiditate inveniuntur plena et sic caput gravatur, cum initia nervorum humectentur hiis humiditatibus venti; voluntarius motus gravatur et homines impotentes et debiles efficiuntur. Et in borea fit econtrario, quia est post tamen ypocras. Sed hic quales egritudines faciunt hii venti humiditate tetigit ut possemus discernere accidentia que de morbo nascuntur certa et que accidentia extranea. Unde dixit si boreas fuerit fiunt tusses que fiunt ex mutationibus complexionis spiritualium instrumentorum et asperitatibus gutturis. Cum enim faringas dixit ad gule asperitatem voluit, id est ad eius asperitatem. Cum enim hic ventus gulam perflet necesse est ut induret et desiccet. Et ideo ventres duros dixit, egestiones intellexit que sicciores sunt et duriores in boree flatu veteri, cum corpus per eos totum desiccetur. Unde plus de humiditate ciborum necesse est ut extrahatur et feces inveniuntur duriores maxime ex sua siccitate. Dysurie vero fiunt ex passione vesicarum. Cum enim vesica frigida et sicca sit et in sanguine plus partis quam ad membrum exactionem frigiditate et siccitate. Item frigiditas boree facit dolorem in pectore et laterе cum sic desiccationis ex pectoris et in

sequitur inclinare. horrores quidem fiunt propter hoc vero complosis frigiditate. Item de eodem. auster in causa fuit et humidi. unde resolvunt ea que in nobis sunt humiditate. Hec autem dissoluta dissolvunt omnes virtutes scilicet vitales animales et naturales. Nam si currit ad venas nutritiva fertur humiditas vel caliditas naturales solvunt humiditates. Si autem currit ad arterias vitales. Si vero currit ad tenorem nervorum et maxime voluntariorum. Hec eadem fertur caliditas humiditas tunc per differentes locos predicte accidunt passiones. Nam si caput detinuerit facit gravitatem capitis vapores multos et spissos in eo generans. Si autem currit ad aures facit gravitatem auditus. Si vero currit ad oculos venit oculorum caliginem facit. Et si currit per inferiores corporis partes facit motus difficiles. Dissolucio enim virtutis duobus fit modis. aut enim evaporare aut extinguere. hic extinguere eam dixit. VII.

Quando estas fit veri similis sudores in febribus multos expectare oportet. Sicut autem dixit quando eadem die calidum est et fit aliud frigus autumpnales egritudines expectare oportet. Similiter et hic quando estas similis est veri id est temperate sit complexionis sive multos in febribus sudores expectare oportet. Et racio est quia multus sudor fit ex superflua caliditate et multa humiditate et utrumque eorum in yeme est invenire. alterum in autumpno. invenire utrumque. Si igitur estas fit siccior necesse est ut humiditas desiccetur. Sed si fit similis veri. necesse est humiditatem corporis adesse. et ibi est in caloris et est spissitudo minima humiditate in summum dissolvi non possit. In tempore estatis humores illos expulsos maiores sudores necesse est fieri. In siccitatibus temporibus febres acute fiunt. Item de eodem in siccioribus amphis de compositis qualitatibus. hic autem de simplicibus est illi sermo id est de siccitate et non de equalibus siccitate sed de inmoderata. Nam moderata non facit egritudines. inmoderata vero non quaslibet sed acutas id est terciana causon. Nam siccitas per se sola solet generare coleram rubeam. Et si tempore unum fiat siccius quam oportet omnino acutas febres facit. Si autem duo priora sunt complexio. si vero tantum vel contrario molestissimum habemus. Nam hoc potest generare graves pestilencias et bubones. VIII.

In siccitatibus temporibus acute egritudines fiunt. et si quidem annus amplius talis existens quale constitucionem fecit ut in pluribus et egritudines tales expectare oportet. In siccis temporibus non multas febres sed acutas fatetur nasci. post paulo vero constituciones dicit hec constituciones anni omnino

[illegible]

et est. omnino quod siccitates pluvialibus saniores sunt et minus mortifere. egritudines autem in pluvialibus dixit fere longas que ex necessitate sequuntur. scilicet quod ex humiditate aeris multi humores fleumatici in corpore adunantur et egritudines generant. siccitas chimos minorat. sed tamen in qualitatibus suis acutiores facit. unde et pauciores febres sunt quam in humiditatibus temporum, acutiores tamen propter siccitatem. IX.

In immoderatis temporibus si tempestive tempore se reddiderint boni status et maxime bone decretionis egritudines fiunt. in immoderatis vero temporibus maxime et immoderate et difficilis terminationis.

Quesitis in theorica ypocratis fuit de immoderatis temporibus propter intellectum ex libro suo qui inscribitur piconeon ... si non appareant signa in ortibus stellarum et occasibus quare multum calida sit quod solis apparitione et in autumpno quedam pluvie fiant. vere autem temperata neque calida neque multum frigida. in hieme vero pluvie fiunt temporibus suis et in estate siccitates nec ut annus ille sit sanus. ex qua ordinatione temporum cum ypocratis perpendisset intellectum potuisset apprehendere quod huius potuit obviare. quod ipse dixit in immoderatis et in huius morbos nascentes dixit immoderate decretionis et bene. quia crisis in huius morbis cum timorosis accidentibus venit. aliquando in se ipsa utilis est pessima. aliquando mortalis. neque totam purgat materiam. sed unde in fine residuum conservans.

In autumpno acutissime egritudines et maxime mortifere fiunt ut in pluribus. ver vero sanissimum et minime mortiferum.

Si tempora anni complexiones suas secundum quod ordo servaverit, veris temporibus sanius est et minime mortiferum. quia temperatius est aliis. autumpnus acutorum morborum est generativus et pestilentior aliis temporibus. quia ver sicut diximus in suis temperatum est complexionibus. autumpnus in multis illaudabilis est rebus. secundum quod aliquando eadem die frigus aliquando fit estus. preterea quia est post estatem invenit in multis corporibus chimos incensos et in quibusdam virtute defectam. neque frigus hoc et solum, sed antequam veniant chimi ad crisim moventur et dissolvuntur. sed iste veniens propter frigiditatem suam interioribus corporis dissolvit. quod quidem ulterius facit. facit in omnibus hominibus propter communem male dietam ex multis fructuum comestionibus quibus mali chimi habundant in interioribus corporis.

Autumpnus ptisicis malus est. XI.

In temporibus amphisautumpni primus est ubi malus et si conditione blasphemat. hic vero predicatur esse in ptisicis. veros autem ptisicos hic intelligit ypocras exulceratis laborantes pulmonibus. propter quod hic dixit de omnibus consumptis convenit accipi. unum non possum certificare ad quod horum intendit ypocras. maxime si prius sive posterius intellexerit. autumpnus necesse est ut malus sit. est enim frigidus et siccus et inequalis.

De temporibus vero. si quidem hiemps sicca et borealis fiat, ver XII. vero pluviosum et australe, necesse estate febres acutas et obtalmias fieri et dissinterias, maxime mulieribus et humidis naturis.

Abscentia temporum anni incepit et hec veris et hiemis dicens. si hiemps sicca et borealis fuerit, ver autem humidum et australe, quod quidem mutationem prava est secundum eius naturam. unde in estate febres acutas obtalmias dissinterias necesse est fieri. quare causa est secundum modum in peritoneon ydromaton est dicens si hiemps sicca et borealis fuerit, ver autem humidum et australe, estate febres acutas necesse est fieri et cetera. quia si fiat subito necesse est obtalmiam sequi. terra enim est in eo tempore sit humida propter veris pluvias et australium calorem dupliciter venientes vero non desiccentur. unde cerebri humiditas minuatur. necesse est ut febres acute subsequantur et maxime fleumaticis. dissinterie vero mulieribus et humidis naturis. hec maxime in peritoneon noreon noromaton explanabo. hec ibidem nasci dixit in estate. item in secunda particula epidimie quasdam corruptiones dixit esse in estate in cranon civitate et nascebantur in carnibus quedam pustule que ignis sacer vocabantur. quare sic in eodem libro conscripsit. fuit in civitate cranon in estate minima pluvia et hec in tota estate calidi maxime et austrinis ventis. ubi ypocras memoravit carbunculos scilicet easdem pustularum nascentium. et preterea in temporibus inequalitates putredinem facientes festinat mutationi huius corporis non apparata fuit. adhuc sic dixit hic. morbi inquit humidis nascentes temporibus diuturne sunt febres fluxus ventris et putredines. et magis calor in huius operibus quam humiditas. que cum utraque convenit et adeo forcia sunt sic in civitate cranon fuit cito putrefaciunt. si vero hiemps sicca et borealis fiat quibusdam corporibus idem efficit. sic idem dixit. boreas facit asperitatem gutturis ventres siccos dissinterias horrores dolores costarum et pectorum. item inquit si tempus siccum fuerit minus facit infirmitati quam pluviale et minus mortale. et tamen hiemem siccam et borealem dixit esse nocentem. sed in febris dissinteria. quare autem in vere si australe et humidum sit illud idem est conveniens. quare hiemps autem frigidior et siccior fuerat. unde ypocras non suf

fiebat inquit presentes qualitates temporum corporum cognoscere sed et quales fuerint priore. Si igitur in yeme corpus prius desiccatum preterea quod tempus siccum et boreale fuerit non solum liberatur a passionibus que tunc contingunt sed et ab eo de nouo aduenire ut ad temperamentum reuertatur quod perdiderat. quod si tempus uer sit humidum corpus siccum ut et prius inuenitur in quo est pro diuturnitate ueris humidi temperamentum perdidit. et sic in humiditate cum ipsis reuerti quod superueniente estate apparatum erit putredini. unde obtalmie fit. et non. et tamen adhuc sit humida superuenienti illo tempore perflaturi adhuc apparuerunt que prius in diebus canicularibus apparere solent necesse est quod hoc tempore quod est inter initium estatis et caniculares dies uentis adhuc absentibus ut febres acute sequuntur. chimi enim putrefiunt interioribus ex calore et humore durantibus. unde et obtalmie fiunt et dissinterie. Sed tamen contingunt per incontinentiam membrorum chimos illos recipientium et per densitatem oportunum corporum. Ulceres uero fiunt obtalmie omnibus absque hiis qui sicci fuerint et absque hiis qui habent fortes oculos non recipientes humores accipere descendentes. dissinteria uero humidis fit non et mulieribus sicut ypocras testatur. humidiores enim sunt mulieres quam masculi. quibus si sola putredo inflammatione necesse est humida corpora ut hec predicta patiantur. humiditas enim quasi materia est putrefactionis. calor autem est causa efficiens. humiditas uero aeris secundum fluxibilitates humorum in corpore desiccari non permittit. unde et calitas est adiuuatiua putredinis. Inde igitur flegmaticos dixit plurimum pati febres. cum eorum corpus sit humida. in quibus cum quedam putrefiant et inest permaneant febres generant et dissinterias. et si per intestina exeant qui morbi necesse est ut per totam estatem sit. Si non in diebus canicularibus aliqua mutatio superuenerit sicut ypocras in peri toneon noxomaton narrat. dissinteria inquit fit mulieribus et non humidis et cetera. et subsequenter subdidit si pluuia et hiemale tempore post dies caniculares ueniant et uenti perflaturi illo tempore succedant illi morbi quos diximus sunt ut spasmus cessaturi et auxilium sanior est. quod si non mortalitas in pueris et mulieribus speranda est. iuuenes uero sunt remoti ab hiis infirmitatibus. quorum uero euaserint incidere poterunt in quartanas et inde in ydropisim. quomodo autem fiant et qualiter sibi uiderit in eodem libro debemus explanare. Hunc autem amphorismum expositum et non quod necesse sit fieri unusquisque. et hoc quod necesse est in peri toneon noxomaton supra expositum. hic autem certificauit ex rebus et rationibus illum inuestigationibus non solum per experimenta. Sciens autem inquit in quibus ciuitatibus hoc probauit in diebus omnibus uite sue bis uel ter uel paucis plus. sicut in diebus v uel vi homines quibus medicina inobiles experimento non potuisti solo certificare illa medicationes. homines mouit ypocras. Ergo ypocras dixit necessaria non experte et ratione illum inuestiga[re].

Si uero yemps austrina et pluuiosa fiat. uer autem siccum. xiii.

et fit aborsus. uel maxima debilitatio fetus.

et boreale. mulieres quidem quibus partus ad ver imminet exocasione
occasione abortiunt. si uero genuerint imbecilles et
morbidos pariunt pueros. ut aut statim resoluantur
aut tenues et morbidi uiuant existentes. aliis uero in
morbis quidem dissinterie et obtalmie sicce fiunt. senibus
uero catarri celeriter dissoluentes.

Contrarias temporum horum fecit mihi amphorismo oppositas superiori. hic
enim uer simile superiori yemi. yeme uero ueri assimilauit. ita uero diximus
quod in huius yeme egrotantes non sunt fortissime. hic uero dicit quod si yemps
sit calida et humida. uer uero frigidum et siccum necesse sit homines in uere
egrotare et mulieres pituitas per ea exocasione abortire. Cor-
-pora enim earum calida et humida y in yeme sunt. humida uero et tenera facta
et rara. unde cito frigiditas aeris admittitur penetrare. primum quod longo
tempore calido assueti esse perciuntur magis et subita percussione a
frigido penetrante. unde abortiunt femine. quia primum quod cito
inueterata obeunt aer tale quam exeunt. quod si uiuos genuerint
non possunt magnam mutacionem caloris assueti in frigiditate pati
cito ergo moriuntur aut debiles uiuunt. homines quoque fleumatici
et maxime mulieres sic dixit fiunt dissinterici exocasione
fleumatis a capitibus aduenientes descendentis. quod necesse est ut sic an
gustietur. quia est caput in yeme fleumate impleatur in uicem uis
subito infrigidatur. cerebrum enim est infrigidatur in cibis in nutrimen
ta digeruntur. necesse est ut in fleuma mutentur. quod etiam si fleuma eximi
a gignitur frigiditate acidum efficitur. et si eximio calore salsum fit
si de puro dulce aut sine sapore. fleuma uero in yeme causa generatur
in capite salsum necesse est esse ex yemis calore. unde et dissinterie.
quia est diu illud fleuma in intestinis moratur et sua salsedine in
testina pungantur et uulnerentur cito quod more uisco stans. In
calidis uero illis et in colericis sicca et obtalmia etc. quod sicca dicitur
est nisi abortiuis eueniat / quod ita necesse fuit euenire. quia est ca
put in yeme sit plenum humore, yeme frigida et sicca existente clau
duntur pori et constipantur et humores sic a capite exprimuntur
sicut est spongia aqua plena manibus premitur. descendit quidem ad
loca sibi apparata humiditas. unde et oculos debiles habentes ob
talmias eciam pacientes. quod si euenerit per frigiditate aeris constri
pacionem superficiei morborum paniculis. quod pocius palam testatur

Si uero estas ... quod ex quo autumpnus ... uel ... euacuare obtal... calidus et humidus ... in estate. Solutio argumenti ...

3. A... et ... debent ... ut obtalmia ... ipsa oculi et fit acute quod ... agens deficit in yeme. s. calor liquefaciens et humores ...

in peritoneon noxomaton. est dicit quibus fleuma ducatur uel fleuma a capite descendente ut dissinteria patiantur. et mares quod contigit mulieribus quibus fleuma per humiditatem suam descendit a capitibus. colicas uero sicca obtalmia uenit per calorem caritus et siccitatem suam. quod in fine huius amphorismi dixit. senioribus uero et decrepitis catarri cito dissolventes. et est in peritoneon noxomaton taliter scriptum: senioribus et decrepitis catarri uenient per debilitatem uenarum et consumptionem eorum unde celeriter pereunt uel in dextro latere palisim sustinebunt. In hoc loco ypocras catarrum non intellexerit nisi solum illum qui a capite ad pulmonis cannales descendit in uenas que sub capite sunt. unde et hic celeriter dissoluentes bene addidit quod crisis huius catarri cito aduenit, cum omnes alii soleant esse diuturni. Alii huius amphorismi interpretes intelligunt catarrum descendentem a capite ad guttur et ad cannales pulmonis. et ideo ipsi non negatiua pericula adiungunt sentientes senioribus catarri non celeriter dissoluuntur. confirmantque omnem catarrum frigidum in hiis non cito maturari propter etatem eorum. sed quod nos diximus ypocras in peritoneon noxomaton concordat ubi dixit cito pereunt. XIIII.

Si uero estas sicca et borealis fuerit, autumpnus uero pluuiosus et austrinus, capitis dolores in yeme et tusses et branci et corize fiunt, quibusdam uero et ptisis.

Hic complexiones estatis et autumpni tetigit sicut et prius yemis et ueris. cum yeme sicca et non pluuiosa dixit et austrina, ibi et acutas febres et obtalmias et dissinterias in estate nasci dixit. sed uero in yeme dolores capitis et tusses et brancos et corizas et quibusdam dixit ptisis oriri. Nec tamen sic estatis sicut uero yemis modo nunc complexiones. unde uidetur intendisse yeme et estate esse suis complexionibus. quod si a suis complexionibus mutarentur alios morbos facerent attinentes complexionibus mutatis. Ypocras uero alibi recitauit yemem siccam et frigidam, ... uero calidam et humidam. et hic est hyemem calidam et humidam, non uero frigidam et siccam. et hoc est in peritoneon noxomaton dixit nec plures complexiones yemis ibi nominauit cum sic dixit: si estas humida sit et calida et autumpnus similiter ... dixit. sed hic reticuit. quod explanabo cum ipsum librum interpretatum exponam. Nunc uero de huius amphorismi qualitatibus disputabo. et incipiamus sic: diximus ypocratem dixisse yemem secundum qualitates suas conseruare ut de frigido et humido. frigido uero et humido sit secundum quod opportet mediocribus locis habitantis. que loca paulo post ego dicam.

Si autem yemps fit qualiter supradicta tempora, hos morbos generabit
ver. dolores enim capitis, tusses, branci et catarri, caput impleatur
humoribus solent nasci. Si autem in supradictis temporibus scilicet estate et autu-
mpno pluvia et austrini venti sint, aprili estatis morbi incipiunt esse
calidi et humidi, et si non tunc periculosius in autumpno exspectentur. Quia enim
estas frigida fuit et sicca et autumpnus pluviosus et austrinus, necesse
est morbos festinare. Quia humiditas autumpni siccitate estatis
mitigavit. Sed tamen quia in eadem qualitate humiditatis autumpnus totus
perseveravit, illius humiditatis plenitudines humorum in capite necesse est nas-
ci, que quidem sunt horum accidentium que hic ab Ypocrate dicta sunt. Ptisis autem
in quibusdam fit, in hiis scilicet qui ad ptisim sunt parati, id est strictam habenti-
bus pectora, id est in quibus humores a partibus assueti sunt descendere ad
pulmonem. Fortiores autem morbi nulli hominum huius contingunt tempori-
bus, nisi ubi tamen tusses, branci, catarri et stillia. Yemps enim invenit
capita plena propter austrinus in autumpno pluvias. Unde si in capi-
tibus plenitudo illa invenitur, dolores capitis generat, cum in yeme de
nullis corporibus humores dissolvuntur. Quibusdam autem propter frigiditatem ye-
mis a capitibus expressi descendunt ad inferiora capitis.
Unde tusses et stillia oriuntur. XV.

Si vero borealis fuit estas et in aqua sicca humidus quoque autumpnus huic similis
et mulieribus conferet. Reliquis vero obtalmie erunt
sicce et febres acute et corrize diuturne, quibusdam vero et melancolie.

Hic Ypocras non est amphibologus sed per illud quod iam expositum est, et ita utrique
sumimus. Cum enim estate in prima parte et in pa... amphi boreale et sic-
ca autumpnum pluviale et austrinum posuit. Hic autem boreale
dicit et in aqua siccam dixit et siccum. Nichil enim differunt sicce et in
aqua sicca. Cum enim de tempore sicca sunt necesse est ut non solum non ledant sed et ad-
iuvent humidos. Unde in infirmitatibus fiat mouit in pituitosis nocivis. Flemmaticis vero
magis iuvamentum est eorum corporum desiccari et veniente yeme nulle
humores dominantur. Aliis vero flemmaticis sicca faciunt obtalmias, febres
acutas, corrizas et quibusdam melancolias. Magis in libro monuit in
causa harum infirmitatum cum dicit colericis esse nocivum cum eorum corpora ni-
mis desiccantur. Unde et sicce obtalmie erunt, febres acute et continue
et quibusdam melancolie. Quibus et subdidit subtilis magis et aqua sicca
colera desiccatur et consumitur, cum grossa et acuta permanet. Id est de sanguine
intelligendum est. Hec autem causa est horum morborum. Sufficit de qualitatibus
aeris que solas qualitates dicit, alias vero reticuit ignoro cum alie sint. Sed
tamen vero complexiones omnium qualitatum aeris cognoscere possis, volo hec ostendere

oportet autem primo ut singulares cognoscas aeris qualitates, id est complexiones temporum, et eas facias aliarum inicium vel fundamentum. Quas deinde tribus modis dividis in fortissimas, debilissimas et mediocres. Deinde investiges quales morbi generantur in complexionibus et in anni divisis temporibus et secundum divisis corporibus. Preterea duorum componas complexiones temporum quas Ypocras fecit. Quod est bonum investigatoribus fuisse ad explicandas complexiones temporum sicut quas Ypocras hic fecit. Quod est bonum investigatoribus fuisse ad explicandas complexiones corporum reddi et considerare quales inde nascantur morbi. Deinde anni dico compone tempora secundum corporum complexiones divisas. Quod si feceris optime et perfecte experieberis. Ego tamen forsitan si spacium non deerit inde singulares libros faciam. Hic vero sufficiat quod dicam. Quod est quod complexiones temporum anni quas in hoc amphorismo Ypocras tetigit paucissime sunt quas adhuc quis non repperit. Quas si dixeris eum posuisse ad similitudinem possibilitatem veriorem quam si complexiones multas ex partes reticitat vel recitaverit complexionum sicut in pronosticorum libro et sicut epidimiarum. Multa tamen dixit et planiora. Quod sicut prius de mediocritate locorum inhabitatorum hic dicendum est quoniam de mutationibus temporum Ypocras dixit ad loca temperata et habitabilia intendit. Mari vero viciniora et propinquiora ut puta littora et pelagia sicut in parochio et ab ipso mari remota sicut in nubia et egipto sunt permissa. Parochia enim loca sunt frigida et humida nimis et temperamentum excedentia. Alia nimis calida et sicca. Que loca posuit sola quoniam in parochio sunt viciniora mari et frigidiora ut puta aborea sibi propinquiore infrigidata. In eodem parochio que loca a mari remotiora sunt calidiora ut puta aborea se elongancia. In nubia vero et egipto mari vicina refrigerantur ab eodem borea remota autem sunt calidiora. Loca autem temperata et mediocria a meridie septentrione oriente et occidente recta linea equaliter sunt distancia. Hec loca Ypocras intendit et complexiones aeris vel temporum temperatas dixit. De constitutionibus autem temporum anni quas Ypocras in epidimia et alii sapientes ostenderunt ab ortu pliadum estatis est inicium et medium ortus canicularis semeth ortus autumpni inicium in hoc casu pliadum yemps est principium in equinoctio post yemem est incipiens ver. XVI.

Constitutiones vero anni omnino quidem sicce pluvialibus sunt saniores et minus mortifere.

Meliores esse si hunc amphorismum

priores precedere quidem ... et artificiales sicut Galienus precedunt spacia. Hic tamen ponendus erat ut quedam precedentes spacia. Quod licet precessent non tamen est infirmandus et est quedam sequentes. quoniam hic posuit ut ... in sicioribus per hec quod Galienus continuit. Et bene dixit constitutiones omnino sicce et cetera. quoniam in siccis temporibus humiditates desiccentur. In pluvialibus vero adveniunt et putrescentes augeantur sive non quibuslibet exercicis

dehinc corpus mundificetur. balneis enim non consumimur nisi que cum incidantur minora. id est in solidis membris contenta extrinsecus balneis non emittuntur. enim farmacia vel vomitu sunt purganda que ex magis necessitate et raro sunt expectanda. unumquodque non die in certis diebus adunata media ut sic sunt curanda. sed siquis semel in mense aut bis voluerit est farmacia vel vomitu purgari timens vel timendum est ne in certe humores adunentur in unum et nocentes in malos usus reducant corpus. Cibi autem est duas superfluitates habeant. una scilicet humida et aquosa que et cibum perforante lubricat. altera quoque fumosa est cibus aliquod nocivum habeat quod non assillare corpus non valeat. omnibus autem diebus dictis corpus mundificetur. est hic magis omnia ita se habeant necesse est ut anni siccis constitucionibus melius curentur quam in pluvialibus. unde et bene dicit ypocras. constituciones anni siccis pluvialibus esse saniores et minus mortiferas. xvii.

Egritudines in pluvialibus que ut multum fiunt. et febres longe. et ventris fluxus. et putredines. et apoplexie. et squinantes. In siccis vero fiunt corrupciones ptisis. obtalmie. artetice. stranguirie. dissurie.

Longe febres perlonguo sunt minimas sunt humiditates ut porte longo tempore dissolventes. et quia humores fleumatici in pluvialibus sunt frigidiores. ideo et febres longiores. quia sic in temporibus siccis sunt nascentur acute et breviores ex humoribus colericis. unde fluxus ventris est nimia pluvia fit palam est in diversis humiditates enim chimum quos indigerandi sunt. et autem putredines in humidis sunt siccitates purgande sunt potentes plures apoplectici epilentici. ipsi enim perlonguo sunt fleumatici. et ideo hii morbi humidis habundant temporibus. Sinancia autem fit ex humiditatibus in gutture se coadunantibus et a capite descendentibus. in nimia enim pluvia humiditates adunantur et magis descendentes a capite et ambo membrum distur-bantes. In siccis magis fiunt consumpciones et obtalmie artetice stranguirie dissurie vel dissinterie. Si audere eum pauca negleiens se dicere quia ex qualitatibus huius aeris ptisim nasci dicit. est ptisis duobus fiat modis. scilicet ex nimia frigiditate aeris unde quandam vene rumpuntur in siccis ex nimio aeris calore et humiditate. unde humores adunati a capite descendunt ad pulmonem. sed si aer sit siccus ad calorem vel frigiditatem illum se habens omnibus morbis preter solam ptisim apparet est ad egritudinis. unde et quidam ptisim intelligunt passionem que oculi paciuntur consumpcionem. ac si diceret morbi nascentes in siccis temporibus sunt obtalmie et ptisis scilicet id est obtalmie ad consumpcionem oculorum devenientes

Aliter ratio. Quod melior res in quibus diuersitas est et siccitas vel frigiditas [illegible]. quia sola siccitas potest facere ulcus vel rupturam. [illegible] ad hoc dicitur quod siccitas non potest esse in aere tanta ut eius impressio non tanta sit quanta impressio apparet pro excessu frigiditatis, vel quod frigiditas eius maioris uirtutis est in primo. Ad hoc dicitur quod siccitas parata est facere omnes morbos preter solam ptisim, quam nullo modo facere ydropisim nec alios morbos humidos. Solutio: modus loquendi est. non enim est parata facere alios omnes, multos tamen de eis etiam facere quam ptisim. Aliter ratio quod acuendo humida facit dissinteriam. quidam expositores glosant illa etiam uocabula pro uno, scilicet corruptiones [illegible] ptisis obtalmie, vel consumptiones oculorum ex obtalmia. Ratio quid quod autem de stranguiria uerum est, quia sic stranguiria fit ex siccitate excedente, alia ex frigiditate, alia ex caliditate, sicut dissinteria. non oportet tamen quod dissinteria causetur ex defectu contentiue sicut stranguiria.

· 3 · a ·

quod tunc fit cum tunicule sue auferuntur, oculis macillentis et exsicca-
tis plus quam non expetat, et hec est pupillarum angustia. contingit etiam ex ege-
laidos euagatos humoribus desiccatis. si uero obtalmie talis in-
telligatur, oportet ut siccitate consideretur. nos autem diximus unam siccam ob-
talmiam nasci que de siccitate aeris loquemur. artetice uero quod fiunt ex
humoribus ad concathenationes membrorum descendentibus, impossibile est ut de siccitate
aeris nascantur, alioquin non artetice contineretur. oportet autem investigare quare
in siccis artetica nasci dixit. sed est aer nimium desiccans humiditas
concatenationis consumitur. unde duricie uolutarum motus patiuntur
et nimium desiccantur, et hec est causa illius doloris. dolor tamen est artetice
non inde nascitur. sed tamen aliqui omnem dolorem qui concatenationes membrorum patitur
dolorem artetice (nomine extenso) uocauerunt. quod potest sic intelligi. inuenimus enim ta-
liter sic dixisse ypocratem in sua prima epidimie: athenienses homines legu-
mina comederunt et inde pedes eorum debilitati sunt. comedentes
autem in fame orobum dolor successit genuum. hunc tamen dolorem no-
minat artetice. si autem sophiste redarguunt non debere nominari do-
lorem artetice qui in quibus una concathenatione membrorum fit, sed
(vel qui) quod existit in multis et diuisis partibus sic accipi. De stranguiria quod idem
est intelligendum vel investigandum quare non necesse est pati in siccitate aeris nisi ab
(a vlceribus) de causis, scilicet exultimate siccitatis, ex calore et ex frigiditate. quare tamen
hec nulla nominatur. siquis uero aeris in omni tempore inuestigare uolu-
erit, intelligat siccitate aeris an in ultimitate sic siccitas. tunc
enim temporibus temperatis aliud facit, et aliud in siccis, et aliud in humidis, et aliud
in frigidis, et aliud in calidis, similiter et in compositis: aliud enim in calidis et humi-
dis, et sic de aliis. quod si sicut oportet inuestigauerit quare stranguiriam di-
xerit scire poterit. stranguiria quoque autem de acumine urine aut de de-
fectione nascitur contentiue inuestiga. defectio autem contentiue est
complexione deficiente. complexiones autem sunt octo, quarum unaquaque deficiente
et uirtus deficit contentiue ut deueniant in stranguiriam. acuitas uero
(a materia) urine est ex complexionis corruptione, et maxime calide vel sicce vel calide et hu-
mide vel solius humide. de omnibus hiis stranguiria nascitur, et ex ulcerationibus acci-
(ut ex mingendo vel apostematibus) dentalibus uesice uenientibus, et apostematibus, et ex mala dieta, et similibus
interdum tamen in ea de aliis quibus fuerat. quod quidem autem de stranguiria dixi
idem dico de dissuria. unde tamen dissuria in siccis temporibus absolute
dico uenire, sed quodam tenore in primis. si siccitas aeris sit in-
timitate, deinde sit in caliditate vel frigiditate. non est autem ypocrates redarguendus,
nihilus est ipse qui hanc artem (prestavit) retulit, sit primus. ars uero ista sit la-
tissima et profundissima. unde non est mirabile res non omnes sic sunt
certificare (vel potuisse) potuisse, quod inuenire theophilum aliosque plurimos physicos
quod eam in ypocratis et experimentis sequi uolentes. est melius magis
esset nec non aeris inuestigationibus quibus ut ad certum finem in uenirent. sed hanc di-
(quia quod fuissent post ypocratem non bene dederunt de membris vel partibus)
uisceres huius perunt non dixerunt certis. nos autem si deus omnipotens hoc op-

Margin notes: quia dolor artetice [illegible] in concathenatione ex siccitate humiditatis — declarat de aliis — exponit stranguiriam — [illegible] aeris quod [illegible] defectu [illegible] — scilicet si sit non [illegible] dissinteria [illegible] — redarguit ypocratem de siccitate et oculos ne fleat [illegible] siccitatis [illegible]

explere permisit omnes modo simul sumus facturi. XVIII.

Constitutiones vero boreales quidem constringunt et fortiora et bene mobilia et bene colorata et melius audientia faciunt et ventres siccant et oculos mordent et circa thoracem dolorem et si quis prius est magis dolet. Austri vero dissolvunt corpora et humectant et capitis dolores et graves auditus et vertigines faciunt in oculis et in corporibus difficiles motus et ventres humectant.

In superioribus quod loquitur est de ypocondriis in apostematibus calidis quod fames tollitur mensis quam non quiescit febris nec exspirat apostema et resolvitur per ·xx· dies. In sermone autem hoc ponit tempus collectionis saniei in apostematibus feris diem ·xl· Invenimus iterum apostemata in quibus etiam aggregatio saniei est dies ·xl· et ego quidem iterato sermone meo quod scribam ipsum secundum ordinem in sermone meo in diebus crisis. Similiter autem loco dicit ypo quod non in apostematibus tamen quod fuit in eis quod est sub ypocondriis aggregatur sanies quam in eis prolongatur spacium sed in eis quod est in reliquis partibus ventris. significat quod locus quod locus est sub ypocondriis apud eum est una ex partibus ventris. et ille locus vocatur ypo nominibus. quod est quod gentes nominant ipsum ypocondrium. et expositio eius est quod sub costis. ÿ.

Apostema vero solidum cum dolore habendum est et cito mortiferum. quod autem molle et sine dolore et sub tactu cursibile tardius. A. T.

Quod autem ex apostematibus fit doloroso duro timorem significat et mortem subitam. et quod ex eis non fuit dolorosum sed lene et movetur sub digitis quando ipsum comprimitur et est in illo tardius. G.

Nunc addidit in sermone suo isto nobis super illud quod premisit et non dixit ad non sermone suo in apostematibus duris cum quibus non est dolor quia est magis. et ego quidem iam enunciavi in sermonibus meis que premissa sunt ubi dixi quod apostemata calida que accidunt in mirach ventris si non fuerint magna valde non excessit verum timor. ÿ.

Apostemata vero circa ventrem minus habentur colligit quam in ypocondriis. minime vero omnium que sub umbilico est. A. T.

Et apostemata quedam que fuerint in ventre sunt minoris aggregationis quam apostemata que fuerint in eo quod est sub ypocondriis et minoris inflationis excessus sunt ea que accidunt sub umbilico. G.

Aggregatio saniei in apostematibus que fuerint in mirach ventris. scilicet in eo quod est sub ypocondriis quam non exspirat apostema est velocior plus et ad caliditatem illius loci. Et propter elongationem apostematis ab hoc loco ad inferiora est diminutio aggregationis saniei ab eis et paucitas illius. et propter hoc fit quod apostema que accidit sub umbilico non timeatur impius nisi raro. ÿ.

Elongantibus omnibus signis signum sanguinis effusio est exitus que sunt in supernotatis locis. A. T.

Et non oportet ut caveatur in illo nisi multus fluxus sanguinis in apostematibus. et propter hec ex locis que altera eis sunt. G.

In quibusdam de descriptionibus inueni scriptum meo et ipse ex locis que sunt altiora eis. et significat quod non fit effusio sanguinis in apostematibus accidentibus in eo quod est sub ypocondriis tantum. Sed in apostematibus accidentibus in eo quod est sub illo loco ad inferiora. Et in quibusdam eam inueni ipse cum ambiguitate et significat illud effusionem sanguinis et accidit in apostematibus que sunt in inferioribus uentris. Verumtamen id cuius minus est quod id quod significat sermo [illegible]. Et in quibusdam de descriptionibus non inueni et ipse. Sed inueni sermonem istum scriptum meis per hunc modum. et non oportet ut timeatur in illo effusio sanguinis non ex locis que sunt altiora eis. et significat quod sermo iste quem scribunt per hanc descriptionem quod effusio sanguinis non accidit in apostematibus in inferioribus uentris. et illud est ueritas. scilicet quod non accidit nisi quando apostema est in locis que sunt super umbilicum. Et quando est apostema in eo quod est altius hiis loco est effusio sanguinis multo plus. et quando est in loco altiore eo ualde est effusio sanguinis multo plus. Et ypocras quidem narrauit sanguinis manationem in eis que sunt post. et ego quidem loquar in illo sermone magis complete quod sit iste qui peruenit ad illum sermonem. Y.

Omne apostema diuturnum in superioribus locis in pus conuertitur. A.T.

Et non ista apostemata quorum prolongatur spatium eorum et antiquantur in istis locis oportet ut timeatur decretis conuersio in pus. G.

Adgregauit ypocras in sermone suo isto summam eius quod precessit de sermone suo et significat illas easdem res quas dixit singulariter in summa una. quod ipse non est nobis necesse exponere hunc sermonem secundo. Y.

Oportet igitur te esse attentum in hiis que putruerunt per hanc disciplinam. quod non eminentia omnino est et in [illegible]. A.T.

Oportet ut ponas considerationem tuam in apostematibus que in pus conuertuntur in illis partibus per hanc similitudinem. dico quod laudabilius est eorum quod declinat ad exteriora. quod est exitus puris. et est per finem declinationis ad exteriora. Et quod est acuti capitis. et tertius eorum est quod est magnum latum non habens caput [illegible]. G.

Iam omnes est quod in hoc sermone in quo narrauit ypocras est apostematum accidentium in interioribus uentris [illegible]. quod nominauit saniem multam que aggregatur in loco ipsius maturationis alicuius apostematis conuersionem in pus. Et fortasse est collecta sanies in apostematibus et sub cute. et multotiens aggregatur magis quam id. et causa est una duarum rerum. prima quarum causa est quod intus est quod in pus conuertitur est [illegible] per hac exterius sub uentre. et secunda est quando accidit in aliquo lacertorum qui sunt sub uentre. et aggregatur sanies sub uno duorum panniculorum qui illi sunt lacerto. et non declinat tunc ad exteriora aut propter [illegible] sua aut propter [illegible] aut propter spissitudinem illius panniculi qui contendat ipsam saniem. quod est quod non conatur eicere saniem et expellere eam ambabus in [illegible]. Et multotiens est quod in illo fine suo et complet intentionem ad quam intendit quando inuenit poros conuenientes illi sicut canales et panniculos. et quando non sunt illi pori [illegible] disrumpit illos panniculos [illegible] que ostendunt ea ut dilatentur ei loca que libera sunt.

[illegible]ia quoque intrinseca est, quia illud in quo aggregatur sanies per hunc modum est laudabilius eorum que ad
exteriora declinant non ad interiora. et eorum laudabilius est cuius locus [illegible]
quando extenditur et dilatatur minora. et remanet [illegible] huius caput unum
et figura eius figura pinee. quod est quia apostema habet fortitudinem significat virtutis expellentis
saniem ad exteriora. et quia sanies non corrupit locum magnum ex corporibus
que corrodit et mordicat. et interior eius una sit semper sit in medio [illegible]
huius capitis sit semper in ea cum gibbositate acuta. P.

Est et pacium [?] laudabile. quod vero est spacii [?] et minime acutum pessimum eorum quorum intus erepuerint [?] significat
exterius apparuerit pessimum. Quod vero nichil significat
est minus vel meliora malum est. A. T. Et laudabilius eorum est cuius eruptio
fit ad interiora quod nullo modo [illegible] loco extrinseco [illegible] est consecutum lat[...]
et non est dolor cum eo. et unus locus eius exterior totus similis coloris. G.

Non dicit in istis apostematibus que sint laudabiliora simpliciter absolute ipsa in comparatione
eorum ipsorum que erumpunt ad exteriora et ad interiora sit. Quoniam illa que
exteriora illis que erumpunt ad exteriora. quod est quia eorum eruptio est in subtiliori
loco cutis. quod est quia ipsa secundum exteriora eius que erumpunt ad exteriora secundum venit
eruptio iterum quoniam est ad interiora non est possibile opponere super locum medicinas
medicinas sicut possibile est. Et quoniam est ad exteriora et effusio saniei iterum quoniam est
ad intestina non est secretus sicut ea quod mordicet et abradat ipsa. quod accidit
in multis eorum habentibus fluxum sanguinis ventris. et quoniam effunditur sanies
ad intestinum ieiunum aut ad intestina minuta [illegible] nocet illis propter
[illegible] cibi ad ea. et quoniam effunditur ad stomachum corrumpit digestionem. Et intus est
[illegible] quod exterius apparet est quoniam erumpit ad duo latera similiter secundum ad interiora
et ad exteriora. quod est quia nocumentum duplicatur tunc et non est [illegible] locus [illegible]
[illegible] carne [illegible] fundamenta que ponuntur sicut [illegible]. P.

Putredo autem laudabilis ea que alba est et equalis per totum
in superficie inequalis in mali odoris. quod vero contraria pessima.
A. T.

Sanies autem laudabilis est que est alba et equalis lenis et non habet odorem horri
bilem. illa autem dispositio est secundum fine completionis illius dispositionis est in fine malicie. G.
Quod autem oporteat ne sanies habeat odorem horribilem res manifesta est
quod est quia odor vehementis fetoris significat putrefactionem non maturationem.
Quod autem oporteat quod color sit albus scies cum intelliges quod fit eventus
saniei. et declarabitur tibi illud secundum ordinem quem ostendi in aliis locis vel libris
quod est quia ex ratione ex una [illegible] in uno loco non est ab alienatione non quod sit. Et
res quas ostendi in aliis libris meis est iste. quoniam in libris de virtutibus naturalibus ostendi

dicitur quia una virtutum illarum est virtus immutativa que digerit cibum mixtum vel in epate et conver-
tit in epate ad sanguinem et mixtum ad humorem convenientem ut fiat sanguis et
quia unumquodque membrorum humorem qui approximat similitudini ad se convertit. Quod est quod digestio ul-
tima fit per additionem nutrientis cum nutrito et assimilationem eius cum eo. Iam igitur manifestum
est quia indiget ut nutriatur in spacio longo unumquodque membrorum. Et ostendimus in libro
nostro de spermate quod sanguis non mixtus invenitur ex quibus nutriantur hoc autem accidere
et suscipere quandam immutationem ad generationem spermatis. Quod est quod non est res que cum
exeat venas nutriatur ex aliquo non ex sanguine. Quidam autem medici nominave-
runt hanc humiditatem nomine derivato diminuto a nomine spermatis. et propterea quod po-
suit non spermatis derivatum a colore suo non ex sua substantia. Et ego quidem iam ostendi
in libro meo de generatione quod est manifestum quod aperta sunt ab effusione sanguinis ad apostte-
mosa loca donec impleat venas in principio rei et extendit eas. Deinde post
ea pervenit ex illis venis ad loca vacua que sunt inter unumquodque membrorum in-
ter. et illa loca plena sunt et subtilia. Et ego ostendi in libro meo de malicia com-
plexionis diverse. Et quia iste sanguis spissus in membris apostemosis diversis aperte
per vias iam egressus est ab instrumentis que comprehendunt ipsum non est possibile meo ut rede-
at ad unum sua prima sed convertitur et putrefit sicut omnes res que calefiunt calefac-
tione vehementi in loco non suo. Quod si caliditas innata egreditur ab equalitate sua illa
egressione multa putrefit sanguis sicut putrefit in corporibus mortuorum. Et si fuerit
virtus adhuc remanens accidit sanguini in dispositione composita ad dispositionem ... et ex
dispositione illa quod putrefit per ... in ... et ... harum duarum dispositionum
vincit. Tunc significatio opacitatis eius sunt magis vincentes in colore odore et sa-
pore. Et hoc quod ostendi in libris aliis possibile est ut sit alteratio sanguinis con-
versi ad saniem. alteratio laudabilis. in primis vero non putrefit sed recipit
maturationem. sed propterea apparet meo aliquid putrefactionis egressum ... Verumtamen
illud est primum sicut dixit Ypocras non habens horribilem odorem. Et verum est cum
illo ut sit color eius similis spermati quod albo erit. Verumtamen albedo eius
non est pura sicut albedo nivis. Quod est quod non ponit sperma simile membris radica-
libus similitudine pura. Sanies vero assimilatur colori membrorum radicalium assimila-
tione mutabili. quoniam causa facienti sperma non convenit dispositio que est inter
saniem autem non est permixtio dispositionis que est inter causam facientem eam sed sic
dixit equalis. Verumtamen permixtio eius paulatim. quoniam sanguis iam exivit ab
instrumentis suis illis. Et hoc quod est causa quod ponit colorem spermatis et saniei
album. Quod est quod sanies assimilatur membris radicalibus et sunt tunice venarum et
nervi et ligamenta et panniculi et cartillagines. et causa rerum in sedimine
albo quod residet in urina est hec eadem. Quod est quoniam evenit eius est similis eve-
ntui saniei. quoniam quod urina est medium inter saniem et inter humores naturales.
Quod est quia res que refugit naturam ut operetur in ea ex
cibo apud conversionem suam et ad sanguinem residet
in urina. non ergo alteratur ab ea et fit sanguis. nec est
sicut sanies cuius efficienti eam permixta est dis-
positio extra naturam. Explicit prima particula
pronosticorum. Incipit secunda. Ypocratis peritissimi medi-
ci.

Omnis in acuta febre ydropsis malum manifestat. non febre et fatigatione membrorum et dolore Consurgit autem ex lumbis et ylibus. est autem et ab epate. alius textus

Omnis ydropsis que fit in acuta febre est malum. quod est quia habens eam non evadit a febre vehementi et dolore vehementi et moritur. et plurimum que incipit ex ylibus et lumbis et etiam que incipit ab epate. Galienus.

In principio huius libri dixit ypocras. et oportet ut ponas consideracionem tuam in acutis egritudinibus secundum hanc viam. considera in primis faciem infirmi. Dixerunt quidam cum illud est. quod sermo eius non est in facie egrotantis significante mortem in acutis egritudinibus tantum sed sermo de facie significante mortem in omnibus egritudinibus. Ipsi vero non legerunt quod dixit in fine libri sui ubi dixit. meus iste sermo non est in acutis egritudinibus tantum quod graeci excesserunt. et quod ipse dixit in apparatibus significationum illud qui non posuit sermonem suum in illis que excesserunt in die .xx. tantum sed in eis que excedunt usque in diem .xxx. et .xl. et .lx. et dixit iterum ante hoc in egritudinibus que excedunt usque in diem .xl. hunc sermonem. ex eo autem bonitatis habenelius oportet ut scias quod cum eo est ut magis valde insignificacione salutis in omnibus acutis que sunt cum febre et in quibus est crisis venit ex .lx. diebus. Iste autem loco ostendit omnis [illegible] quod sermo eius non est in omnibus speciebus ydropisis sed in illa que fit in acutis egritudinibus tantum. Deinde loquitur post illud in illis qui spuunt saniem et sanguinem et in hiis tribus precisum. et loquitur in febribus quartanis. et omnes homines conveniunt quod iste febres sunt ex egritudinibus [illegible]. Iste autem dixit in hoc loco hec est. inquit ydropsis que fit in egritudinibus acutis omnis est mala. quod est quia non evadit habens eam a febre vehementi sed pro maiori dolore dolore vehementi. Deinde narravit [illegible] secundum grecos et dixit quod inter sua que sunt in locis vacuis nomine uno [illegible]. et illa inter sunt intestina ieiunum et vene meseraice et intestinum magnum colum. et qui non intellexerit per sermonem suum loca vacua non inter que sunt inter que sunt sub costis precordiis et inter os femoris. quoniam quod comparas huic loco est locis que sunt alciora eo et locis que sunt inferiora eo scilicet que sunt vincencia ossa invenies eum vacuum et totus iste locus hic invenitur levis est hoc non suscipit ex [illegible] cibos et potus multos. et similiter est quod infrigidatur non significat per sermonem suum leve non hunc locum. Cum vero dixit omnes species ydropisis proveniunt a nocumento accidente in virtute generativa sanguinis que deficit ab illo [illegible] et deest eius complemento ei. et sic cibaria recipiunt digestionem in stomacho sicut recipiunt digestionem in [illegible] et venis. et sic virtute digestiva secundum nocumentum accidens for-

tasse est parvum et fortasse est magnum. similiter et epar. et fortasse nocumentum accidit in epate ex causa meo est. et similiter et in stomacho. et fortasse est propter contrarium eius quod aliis membris in egritudine. et in eius est quod de membris condolent propter nocumentum quod eis accidit aut est propter propinquitatem aut continuitatem ad invicem. aut quoniam inter ea contrarietas est magna invenimus et venas. nam epar continuatur cum splene et renibus et stomacho et intestinis per venam magnam. et propinquitas iterum eius existit in membris est propinquitas quod quedam eorum contingunt alia ab epate et appropinquant quedam eorum tactu eius et propterea Ypocras non dixit splenem nisi loco. quoniam eius sermo non est nisi in egritudinibus accidentibus. et nos quidem invenimus epar quando in membris accidit apostema propter egritudinem continuam carens in dolore. accidit ergo ab eo medicatio ipsius ydropisis comprehendens corpus totum. et dixit Ypocras membra que sunt in locis vacuis ventris. et variant species ydropisis que accidunt ab eo in hoc sermone. Ypocras.

Consurgentes autem ex lumbis et ypis significat excedentem inflationem et ventris diuturna effusione. non tamen cum defectu doloris seu ventris tumoris. A. I.

In quo itaque incipit ydropisis ex ypis et lumbis pedes apostemata accidit ei fluxus. et prima cum eo spacio longo et non resolvuntur dolores qui inveniuntur in ypis suis et lumbis suis nisi detumescit venter.

Apostemacio pedum est res que communicat omnibus speciebus ydropisis. et propter hoc dixit Ypocras quod accidit ei cum advenit ydropisis accidens accidit in stomacho epate. et accidit iterum ei cum advenit ydropisis propter splene. et ubi omnis cum accidit ydropisis. Fluxus autem ventris est accidens quod est proprium ydropisi que incipit ab ypis quando accidit intestino ieiuno aut agedegnil apostema. quod est. quod debilitas meo cum accidit hec species ydropisis non accidit nisi propter invenis quibus epar retinet cibum. et sicut vene que sunt gadegnil i. meseraice. et ergo accidit inedis illud non fuit epi in penetracione adipiscitur cibus. quare remanet in intestino ieiuno et in intestinis gracilibus. et quando fuit illa membra debilitata ita ut generet ea cibus expellitur totum ipsum penitus ad inferiora. quare fit illud causa quare accidit fluxus ventris. Et dignum quidem est ut cibus continuum partem habitudinibus digestionis et ad colum propter caliditatem membri apostemati apostematis calidi. et quando accidit intestinis mordicatio magis vel excitans ea scilicet ad expellendum quod in eis est retentum. quare fuit et causa sua ad hoc ut eveniat ei fluxus ventris. ventositas ergo dixit Ypocras quod iste fluxus ventris non sedat dolorem nec detumescere facit apostema quod invenitur est. et significat per hunc sermonem iterum quod cum fluxu ventris qui accidit eis est dolor. et quod venter eius est totus apostematus et inflatus quod est quod advenit dolores in eis ob ventositatem ut sit propter apostema calidum et propter mordicationem. apostematus autem ventris et inflatus ob ut eveniat ventositas quando intestina implentur vento inflativo. et evenit ventositas in eis est

intrinsecus uentris propter digestionis defectum. Causa autem fixionis uentositatis in uentre est debilitas uirtutis expulsiue que in intestinis. Y.

Quibus uero origo est ab epate, fit cum tussicula non quod expiciunt et tument pedes et non egerunt nisi modicum et cum angustia et circa uentrem apostemata fiunt non continuo existentia manentia sed quandoque ueluti fugientia. A.T.

In ydropisi autem que fit ex epate accidit hominibus eam ut prouocent se ipsos ad tussiendum preter quod exspuant aliquid et quod sit curandum. et quod apostementur pedes eius et non soluitur uenter et non egreditur in eo nisi res sicca dura cum molestia et accidit inueniri eius apostemata quedam in latere dextro et quedam in sinistro apparent quandoque deinde non morantur quin quiescant. G.

Per sermonem suum prouocat se ipsos ad tussiendum uult aperire et desiderium ad tussiendum. quod est quod homines hac egritudine desiderant tussire et accidit ei mordicatio que prouocat ipsum ad illud. Et ergo incipit tussire abstinet a tussi et non incipit cum ea nisi ut expleat iuuamentum eius tamen. quod est quod apostema epatis tangens dyafragma contingit pulmonem et accidit ergo ei in eo sicut contactus accidit in ipso pulmone quando apostema ipsius incipit descendere ad ipsum ex capite. Et quando uero accidit id desiderat infirmus tussire et mouetur ad tussiendum sperans ex eo euacuare rem ledentem et dilatare propter ipsam constrictionem accidentem inuia habelitus. Et ergo incipit tussire abstinet statim ab ea. quando intelligit egritudinem suam propter ueritatem eius et experitur illud et certificatur in se ipso quod spes eius uana est. Et quandoque mouetur non ad tussiendum ut aperiat propter ipsam opilationem accidentem in pulmone quamuis non uelit homo tussire. quare inde intelligitur accidit ut sit difficile tollerare ipsam et pacientem eam. infirmus autem egritudine est in primo incipit tussire et non iuuatur per eam aut sentit quando uero non iuuat ipsum ad id abstinet statim. Ac propter hac ergo eam accidit ei ut prouocet se ipsum ad tussiendum. Et ergo incipit tussire abstinet ab ea uelociter quando non exspuit aliquid cum sit quantitas sed humiditate subtile et aquosa sic spuma que uenit ad canna pulmonis exuens quibus sanguis aquosus est retentus. Hoc est ergo dictum inter ydropisim accidentem epatis accidit et inter speciem ydropisis quam rememorabo precessit. Et inter eas item est differentia in superfluitatibus intestinorum descendentibus in fine eius et paucitate earum. quod est quod intestina sunt in infima aut gedegul quod est inter ea et ex accidit ei fluxus uentris. Et uero accidit ydropisis causa epatis ista in illis non habet egritudinem et ideo cibus non corrumpitur nec grauat sed hoc in illis propter iuncturam earum. Non ergo accidit eis fluxus uentris sed propter cibi moram in corpore eius et propter eius peruenit ad locum inter syphac quod est super uentrem et propter eius exspirat et resoluitur propter suam adustionem et decoctionem suam ex apostemate calido quod est in epate. Et ut cutis earum inuenitur mollis lenis laxa. Quando uero inter eius est exsiccatiue.

aquose sterili. Cum ergo premis super eam digito tuo cutis recedit sub eo statim deinde non moratur quin redeat ad dispositionem suam primam. Et non est de aptitudine illius ut accidat ab ipso principio ydropisis eveniunt. Sed pedes in primis apostemantur propter vehementiam longitudinis temporis ambulationis multe caliditatis. Cum ergo prolongatur spatium eius accidit apostema in toto corpore vel venter. Ita quod quando premis super cutem eius digito tuo profundatur locus ille et ille cedit. Deinde non moratur nisi per parum donec redeat ad dispositionem suam primam. Iste sermo est ypocratis. Et fuit apostema inveniet quoniam deinde non moratur quin quiescat. Et possibile est quod non voluit per sermonem suum istum quod id accidat in principio horum apostematum non quoniam in principio sui est quiescat multo est ita ut estimetur quod ipsa iam quiescant et penitus resolvuntur. Deinde post illud redeunt et accidunt. Deinde non morantur quin quiescant. Deinde redeunt et accidunt. Cum ergo extenditur sic quiescit et deinde moratur post quod quiescit. Et dicam quomodo ista apostemata que diximus accidere ei cum advenit ydropisis cum ulceribus est. Quod quando comprimis cum digito tuo super ea cedunt sub eo et descendunt et cum nullo est. Quia non eorum est fleumatica ventosa sicut illa apostemata. ¶

Et si caput et plante pedum et vole manuum frigide fuerint, venter vero et latera et mandibule caluerint, malum est. G.

Cum fuerint caput et pedes et plante manuum frigida, venter et altera calida, tunc illud malum est. In egritudinibus continuis et precipue in yeme et in corporibus decrepitorum non est mirum si infrigidentur extrema corporis non in proportione principio febrium tum sed in spacio more eorum. Et quoniam ipsa per naturam sunt pauce carnis et loca eorum sunt valde longinqua a loco visceris. Verumtamen sermo ypocratis in hoc loco non est in egritudinibus continuis. Cum ergo in frigore extremitatis in acutis egritudinibus plurimum est signa cum facienti id in egritudinibus continuis. Quod est quia cum eveniunt hec acutis in egritudinibus continuis est quoniam caliditas illis non pervenit ad extrema corporis propter debilitatem suam. In egritudinibus vero acutis evenit eius est quoniam quod pervenit ad contrarium exsanguine est quantitas parva propter magnitudinem apostematis calidi quod est in visceribus. Et est plurimum sanguis retentus in membris apostematis. Et propter id in membris medii corporis sentitur et venter invenitur vehementioris caliditatis. Quando incipit paroxismus in egritudinibus acutis multociens est cum frigore et cum horripilatione. Et non sunt extremitates tantum corporis frigide sed cutis et quod est sub pectore et venter. Verumtamen hec frigiditas non significat malum. Si autem remanserit pedes frigidi et venter calidus ut addatur caliditas eorum donec perseverant in illo per naturam et extremitates sint frigide tunc est significatio super magnitudinem apostematis calidi quod est in visceribus. Et dignum est ut sit rectum et ut intelligatur extremitatem eius ut sit venter et duo latera calida. Quia caliditas harum partium est manifestior apparens est magis quam fuit per naturam. Et scitur quod febris quam greci nominant lypariosis est illa in qua aggregatur in medio corporis caliditas et frigus eius sit huius est generis. ¶

Bonum est autem egrum ex toto calidum et molle et suaue
conuenienter esse. A.F. Et de melioribus rebus est ut sit totum
corpus lene et calidum equaliter. G.
Postquam narrauit ypocras dispositionem egritudinis que est in fine malicie. scilicet in qua in
ueniuntur membra interiora corporis calida et extrema frigida. narrauit post hoc
ipse ipsam dispositionem que est melior dispositio bonum. et illa est in qua est totum corpus calidum le
ne secundum equalitatem. Et quod est. quia secundum modum eius secundum equalitatem conueniat huius duobus nominibus
sicut. scilicet leuis et calor. Et inuenitur quod caliditas corporis in febribus adhuc in omnibus equaliter
in tantum corporis membris extenuatur est et siccatur. Ergo quod est calidum lene secundum equalitatem
significat quod complexio eius est melior complexionum. V.
Bonum est modeste se habere et non laboriose et non repente
eundem latus commutare et si sibi leuis uideatur. A.F.
Et oportet ut sit permutatio infirmi permutatio facilis et quando permutatur
est corpus eius leue. G.
Summa intentionis pronosticationis que est secundum illum qui moritur et qui uiuit
est comparatio inter fortitudinem egritudinis et fortitudinem infirmi. Cum ergo egritudo for
cior est morietur infirmus procul dubio. et quando debilior est uirtute infirmi non morie-
tur nisi non cadat incurrens eius error. Et ypocras quidem narrauit hanc summam in an
pho cuius initium est. Et oportet ut compares inter uirtutem infirmi et uirtutem status eg
ritudinis. Hec nam summa est sciencia pronosticationis. Et quoniam genera uirtutis que sunt in corpore
sunt ea que incipiunt ex tribus principalibus et sunt cerebrum cor et epar. et cuique est que cognitio
debilitatis eorum et uirtutis ipsorum significatur ex operationibus eorum. Sed
autem uirtutis que ex cerebro procedit sunt due species. quarum quedam earum sunt spirituales et sunt
cogitatio et memoria. et quedam earum sunt seruientes et sunt ille quibus fit
sensus et motus. operatio autem uirtutis que est in corde est operatio que complet pulsus
uenarum pulsatilium. Venientes operationes uirtutis que sunt in epate sunt ille que complent
in hora generationis sanguinis et humorum. Et quoniam genera scientie pronosticationis sunt
duo genera tunc oportet ut ponas considerationem tuam et consideres et aspicias in omni
significatione quam narrauit ypocras cuius duorum generum est. Sic oportet ut facias
nunc in infirmitate suo. Et oportet ut sit permutatio infirmi permutatio facilis. Et quando
permutatur sit corpus eius leue. quod est. quia significatio ista significat uehemenciam uirtutis
mouentis corpus pro uoluntate. Et non est dictum in hoc loco mutatio secundum motum meum uolun
tate et secundum motum uelocitate et eleuatione. Et iam inueni dixit in hoc genere illud quod ypocras
dixit in decubitu in eis que premissa sunt. et in sermone cuius initium est. Et oportet ut in
ueniatur medicus infirmum iacentem super latus dextrum aut super sinistrum. quod est
quia ego iam decubitum iam ostendi. Et est iam decubitu qui confertur ad sanita-
tem. quia necesse est ab operatione lacertorum. Et de consuetudine quidem mea est ut nominem hunc
decubitum nomine deriuato ex uehemencia uirtutis. Et ego quidem loquutus fui meo sermone
longum in libro meo de motibus lacertorum. Et dixit ypocras quod cum
aliud composita sunt ex descendente et de lato. et quod descendens est uirtus. de lato est corpus.

Et ille qui defert honus aliquod si est grave ei fit difficilis motus eius. Si leve est ei illud pondus fit ei facile. Similiter virium ut qui est fortis fit ei facile deferre corpus et non advenit ei propter motum suum nocumentum. Et qui est debilis gravitatem eam sentit. Fit ergo difficile sublevare et deferre ipsum. V.

Gravis si vero si fuerint manus pedesque ponderosa
horrendum est. a. t.

Et qui corpus fuerit grave et manus et pedes graviles erit timor et augmentatur magis.

Significatio in primo sub gravitate membrorum suorum est quod est connexum motui. G. Est gravitate vel volubilitate et gravitas eorum declarat ei qui conatur surgere et ambulare aut movere ea et quod qui ipse est iacens. Similiter gravitas motus manuum declarat ei qui conatur detinere cum eis aliquid aut plicare ipsas cum manu sua aut ponere eas aut permutare de loco ad locum. Similiter gravitas colli et reliquarum partium dorsi ostendit ei qui vult permutare figuram earum aut permutare eas de dispositione in dispositionem. Gravitas autem membrorum est ex maioribus significationibus debilitatis virtutis et denobilitatibus earum. Veruntamen non est significatio super debilitatem virtutis omnium sicut meis que permissa sunt. Sed est significatio super debilitatem virtutis que est in unius et lactis eius. V.

Quod si livor admixtus viridi in unguibus digitisque affuerit mortis adventum dubitabis. a. t.

Quod si cum gravitate fuerit pallor cum tensis ad viriditatem in unguibus et digitis erit mors ostendit imprimo. G. Iam ostendi in locis aliis quo fit destructio virtutis regentis corpus sit. Nam dixi una earum primam manifesta erit cum corpus remanet sub dispositione sua per se duo. Veruntamen ypo ... narravit significationes que significant resolutionem virtutis moventis lacertos et casum eius addidit ad illud significationes aliquas significantes destructionem virtutis alterius quod est quod pallor unguium et digitorum quando cum hoc est ad viriditatem significat extinctionem caloris illius manantis ex corde. Ipse hic non dixit simpliciter absolute quod pallor qui cum hoc ad viriditatem significat mortem quando est cum gravitate capitis vel corporis sed addidit quod cum illo sermo suo descendit imprimo. Quoniam ista significatio apparet apud mortem duarum virtutum sit. V.

Si color hic ungues non fecit livet certa membra
corrumpit spei locus non deerit. Preterit vero cuncta
signa perpendere. quod si egrum sufficiente in dicis et una boni
significatio affuit ... cum permittere cum signis exteriori a-

pare et futura vite. si pallor in predictis locis picta non fuerit. a. t.

Et si denigrescunt digiti pedum et pedes, tunc id est et minus malignificant predictis quam si hec que declinat ad viriditatem et pallorem. Sed necesse est tunc ut consideres reliquas significationes et regas eas. Nam si videris infirmum tollerantem quod advenit ei de nocumento tollerantia facili et fuerit cum hac significatione aliqua ex significationibus que significant salutem id significat quod infirmitas expelletur per crisim vitalis ita quod salvabitur infirmus et cadent loca que denigrata sunt excorie. G.

Non oportuit eum dicere tunc id est minus malignificationem predictionis. Sed quia id forte non significat predictionem penitus et forte significat significationem in ultimo sue predictionis. Et forte putat aliquis de ypocrate quod non fuit sciens id quoniam non utitur hic sermone sine virtute quod significat. Sed res non est ita. Quoniam cum addidit ad hunc sermonem distinctionem eius usque in fine et declarationem ipsius et narravit id narrationem manifestam declarantem omnibus apparentem quod fuit sciens veritatem in eo quod dixit. Verum tamen et ipse non prestat est exquisitive expositionem ipsius. Quoniam forte denigrentur membra propter humorem quod effunditur ad ipsa. Et iam ostendit ypocras omni sermone manifesta que hec significat id. Quoniam iam dixit quando videris infirmum tollerantem id quod advenit ei de nocumento cum tollerantia facili et fuerit cum illo significatione illa aliqua ex significationibus significantibus salutem tunc scias quod nigredo membri non accidit nisi propter humorem que effunditur ad ipsum. Quod si fuerit cum diversitate illius tunc significatio eius est super mortem. H.

Si testes et virga ultra solitum contracti diminutique apparuerint aut nimium doloris aut mortis adventum pronunciabunt. a. t.

Testes et virga quando contrahuntur non significant nisi dolorem vel mortem. G.

Invenimus hec membra contrahi in eo qui habet dolorem et in eo qui iam approximat morti. Et id quod necesse est quoniam virtus animalis in morituro ita ut non sit ei possibile pervenire usque ad extremitates corporis sed contrahitur versus originem suam et radicem suam. Oportet necessario ut sequatur eam membra et contrahantur versus medium corporis. Et propter dolorem videmus interiora et reducere et contrahere versus originem suam virtutem et quod id est necesse est ut membra contrahantur et revertantur versus originem suam propter dolorem.



Sompnus ut moris est conveniens et illis est ut nocte non effugiat et diem non impediat est laudabilis. Contrarius vero improbandus. Minus tamen si a mane usque ad tertiam tenuerit. a. t.

Sompnus decet ut sit per quod evenit cum eo consuetudo quam est in eius cursu illi itaut sit ipsius

in die expergefactus et in nocte dormiens. quia si mutetur, id est contrario et in nocte [illegible] est lesio et nocumentum ex sompno quia qui dormit in principio diei ultra quod precat ex eo contrarium et etiam ipsius. sompnus autem qui est post hanc horam malus est. G.

Recte invenit ypocras et narravit significationes quas sumitur in illo [illegible] faciendo contrarium a sompno et in enunciatione sua et dicta in illo et in faciendo contrarium quod est invaniunt inutile. et autem quod est secundum illius illaudabile est / quia est contrarium dispositionum utilem. sompnus generatur et superfluitas quia est propter mala complexionum quod est contra [illegible]. sompnus itaque est reditus spiritus alicuius ab instrumentis sensuum et motus ad principium cum quo privantur eorum instrumenta spiritu. sompnus quoque utilis absolute est illius cum reditus est profundatio spiritus vitalis et admixtio ita ut digestio calidi. sompnus in utilibus absolute est ille in quo fit reditus spiritus ad principium propter superfluitatem resolutionis spiritus et non tollerat eius sua dilatationem propter defectionem augmenti sui et si res contra quibus currit consuetudo. nam si fuerint contrarie secundum consuetudinem sunt laudabiles. et si fuerint contra quibus non currit consuetudo sunt illaudabiles. virtutum res utiles secundum tempus ypocras non fuerint nisi res contra quibus currit consuetudo. nunc autem invenimus divites facere diversum illius in omnibus rebus et in sompno et dormiunt non in die et vigilant in nocte et quoniam consuetudo currit eorum contrarium utilis non certificatur iste sermo quod dixit ypocras. quod est quia consuetudo in hac hora est non usus plus apud homines divicias exemulie ribus tamen sed apud plures viros. Y.

Pessimum autem non est dormire. aut non magnitudine doloris significat aut alienationem. a. r.

Ex temporibus signis est ut non dormiat in sompno in nocte neque de die. quod est quia non vigilat nisi ex dolore et angustia. aut quia advenit ei principium mixtio mentis sua ante hanc significationem. G.

Vigilie accidit in sompno in die aut nocte aut propter dolorem qui sit eius fuit prius et constrauit eum. aut quia principium mixtio rationis incepit cum eo. quod est quia hic actus facit possidere vigilias propter siccitatem quam dominatur secundum complexionem cerebri. Y.

Stercorum egestio si in exsiccata fuerit in liquida sed commixta et hora solita signum est ea quod sit secundum [illegible] confirmare et salubria. a. r.

Egestio autem est laudabilior quod est levis commixta et exit eius est in hora exitus sui qua fuit in dispositione sanitatis. et est quantitas eius proportionata eius que advenit cibi. quod est quia egestio cum est cum hac dispositione est post infirmitatem veniens sana. G.

Ypocras assumpsit significationes significantes egestionum laudabile exitus eius et quantitate ipsius et hora exitus sui. significationes autem significantes egestionum laudabile non invenimus eum supposuisse extremis tamen sed ex colore et odore et ex sono annexa egestioni eius. egestio enim cum est sua inutilis est quando est dura in medio lapidis in est levis in medio aqua ut fluat et currat sed est celeritate cum dispositione cum quo potest ut permaneat commixta preterquam quod fluat et currat. quantitas vero eius inutilis est quia est

per operationem eius quod comedit. Hora autem exitus eius naturalis est hora eadem qua exierit consuetudo
in fine in sanitate sua. Et oportet ut intelligas ad id quod dixit egestionis colorem naturalem
et odorem eius. Oportet enim ut sint secundum quod fuit in tempore sanitatis. Quoniam ypocras non nar-
ravit id quoniam possibile est ut intelligas illud ex sermone eius in egestione egrediente ad dis-
positionem naturalem. Quod est quia de consuetudine eius est in rebus multis ut significet eas ex consequentibus earum
et dimittit rememorari eas ex nominibus suis consequentis. Et non dixit quoniam egestio fuit
in hac dispositione et in fine pervenerit sana nisi quia ipse comparavit hanc partem cum par-
te altera ut intelligas ex sermone eius stomachum et intestinum ieiunum et reliqua que sunt post
ipsum ex intestinis. Et non est necesse occultare procul dubio quoniam egestio est cum diversitate
huius dispositionis ut significet quod dispositio horum membrorum sit egressa a dispositione naturali. Quoniam ypocras
et non dixit illud. ... in sermone sanus. Quoniam possibile est ut sint membra que sunt in medio
inferiori sana et cum hoc (?) adeo ut epar et splene res multe et male mutantes
colorem egestionis naturalis et substantiam ipsius et odorem. Et multotiens adducunt in qualitate eius humi-
ditates que effunduntur ad stomachum. Et ideo est exitus eius in hora simili hore que
fuit ante id. Egestio autem que est in multo similis egestioni naturali non significat quod partes inferiores
ventris sint sane tantum sicut dixit ypocras. Sed quod non effunduntur ad eas res ex membris
que narravimus. Ad egestio autem egrediens ante fortasse significat quod membra que sunt in medio sunt
tantum in natura. Et forte significat quod effunditur ad hoc membra ex eis membris que sunt circa humi-
ditates. Et species que huius egestionis sunt multe diverse. Quoniam non expellit epar ad stomachum tunc
superfluitates suas et quod ... meo exeuntius (?) et humoribus ante egredientibus
sed expellit superfluitates totius corporis ad ipsum. Quod est quia stomachus continuatur cum omnibus
membris mediante epate. Et recipit omnes superfluitates omnium membrorum ipso mediante
et fortasse quod expellitur ante ad ipsum quando vult mundificare corpus totum aut
aliquod ex membris eius aut duo aut multa membra. Et multotiens est ... id quod effunditur ad
ipsum per viam acuitatis. Et quod est id significat egestiones in toto corpore aut in uno membro
eius aut in multis membris. Oportet autem ut consideres in mente tua id quod ypocras narravit in sermo-
ne suo in successione huius sermonis et addere ad id quod dixit. Y.

Liquida bona est si sine ventositate sonora nec inor-
dinate manavit. Si enim frequenter manat egrum maximo
labore ac vigiliis afficit et in defectum adducit. A. T.

Et si egestio fuerit liquida tunc laudabitur ... ne sit ea sit vox et ne sit
vox et ne sit eius egressio frequens sed paulatim. Quod est quia quando est id accidit las-
situdo in fine ex multitudine surgendi et consuetudine eius. Et accidit vigilie. Non
exit res multe multotiens non facit securitatem in fine et desincopi. G.
Res mala est in eo quod egestio humida (?) ... aut quod cibus non permutetur ... ad
epar aut quando effunduntur ad ipsum ex epate aut ex splene superfluitates. ...
tamen possibile est ut sit id laudabile. Quoniam possibile est ut epar et splen et totum corpus mundi-
ficentur per stomachum. Aut est illaudabile et quando est per semitam acuitatis. Et quando pervenerit cibus
ad epar aut res que effunduntur ab epate ad stomachum significat dispositionem malam. Et dicam
quod est inter dispositionem primam et inter hanc dispositionem. Et quod cum egestione in dispositione prima non est vox.

et hec dicta sunt. Et est quod egestio egri sit non est fortis et paulatim. Cum quod egestio erit per modum hunc est ad extenuationem ut fluxus. Fluxus autem ventris sive fluxus qui fit raro mixto est signum eius laudabile et significat quod non expellit natura superflua nisi cum quantitate et qualitate sua ut evacuet totum corpus ab eis extrinsecus et mundificet ipsum. Et intelligo per sermonem meum evacuationem mundificationem corporis ab humoribus qui multiplicantur in quantitate sua. Per mundificationem vero et fluxum ventris intelligo vacuitatem corporis ab humoribus egredientibus in qualitate sua. Autem contrarium huic egestionis nocumenta sunt que iam dixit Ypocras in sermone suo quod est quod primum est donec accidit infirmo lassitudo ex multitudine surgendi et expositionem cum accidit vigilie ei. Et quod ipse vituperat egestionem que fit cum multitudine frequenti non est nisi quia ipsa debilitat et mollificat virtutem. Quando eius raro accidat ut laudetur hec egestio, convenit cum eius veritas annexo ei laudabilis est sicut fluxus similiter narravimus accidens per viam consuetudinis egredientis in quantitate sua ab equalitate. Ypocras.

Utile est secessum evenire secundum quantitatem assumptorum ciborum et hoc bis aut ter in die in nocte vero semel et iam luce prima aut solito more contingente. a. t.

Verum oportet ut sit egestio primo quod advenit contra duabus vicibus aut tribus in die et semel in nocte et sit primum eius prope mane aut sicut consuetudinis hominis est surgere. Galenus.

Iam dixit Ypocras hunc sermonem suum velut quod scire promissa et melius quod esset ut poneret sermonem suum nunc in egestione mixta que fit per viam consuetudinis. Et est illa quam narravimus ante. Et ego quod vitupero sermonem eius scilicet oportet ut sit egestio duabus aut tribus vicibus in die et semel in nocte et reliqua que ipse scripsit post id. Quoniam superfluum est nec fuit necessarium dicere id quod est quia sufficit ut diceret sicut consuetudinis est hominis ut surgat. Et autem dixit in fine huius sermonis et est sermo eius et fit primum eius prope mane aut sicut consuetudinis hominis ut surgat invenimus in quibusdam exemplaribus sic ego scripsi hic id et in quibusdam exemplaribus invenimus scriptum illo aut per modum hunc et est primum eius prope mane sicut est consuetudinis hominis ut surgat. Et non est differentia inter has duas scripturas quoniam intentio in utraque est intentio una. Et est quod melius vero est cum quo iam currit consuetudo. Ypocras.

Utile quoque est iam appropinquante crisi egestionis idem secessum condensari. a. t.

Oportet ut condensetur egestio cum redit infirmus versus sanitatem. Galenus.

Non condensatur egestio cum appropinquat infirmus versus sanitatem nisi que fuit ante subtilis et liquida (?) antequam fuit spissa dura. Ergo eius sermo est meo cum egestio appropinquante crisi est humida. Convenit habitudine infirmitatis consuetudinis [illegible] fuit prope superfluitatis significatio rei ex suo contrario et divisio [illegible] nominis eius cum suo nomine. Ypocras.

Et colore liberatio fit non in solidis compescit. A. T.

Et oportet ut egritudo sit declinans ad aliquid citrinitatis et non sit vehementis lenitatis. G.

Melius esset si sic posuisset hunc sermonem in principio sive loquutionis de egritudine ita ut sermo eius esset per hunc sermonem. egritudo que laudabilior est que levis quieta exit quoniam eius est in hora sua exitus qui fit in dispositione sanitatis et quantitas eius est per comparationem eius que advenit corpori et color eius declivus ad citrinitatem et non est vehementis lenitatis. sic iam declaravit bonitatem egritudinis et quantitatem eius et hora exitus eius et qualitate eius sit secundum similitudinem et ordinabile sic iam dixi antea. Ypocras autem est quod color egritudinis illius tendit ad citrinitatem. quoniam colera descendens ab epate permiscetur ei. et id est quando colera quieta ei est equalis in quantitate sua et in qualitate sua et convenit secundum omnes medicos. quando quando egritudo dicitur ab epate advenire colera egressa in quantitate et qualitate sua ab equalitate sua non pertinet color egritudinis ad citrinitatem sed est citrinus purus et quando non effunditur ad intestina colera sicut propter quod accidit eis quibus yctericia tunc color egritudinis est albus. Y.

Bonum est et si lubricos admixtos habuit. A. T.

Et ex eo quod laudatur est ut egritudo dicatur cum egestione lubricorum quando appropinquat in fine in quo vincitur causa. G.

Non laudatur evacuatio lubricorum nisi quando non expellit eos in fine cum reliquis superfluitatibus que sunt in corpore ut quando egritudo movetur per crisim aliqua forma accidentis. et ego dico iam loquutus fui de sermone longum in rebus que perdiderunt formam a essentia in libro peri crisios. Y.

In omni acuta egritudine ventrem non implenum habere sed vacuum tenuari et non tenuem sed carnosum inveniri bonum est.

Et oportet ut sit venter in omni acuta egritudine vacuus pinguis. A. T.

Sermo de eius vacuo est ipse extensus plenum. sed pinguis est ipse. G.

Macrum extenuatum hic significat dictum forma res extenuatas in vere et pro adicto significat ventrem ipsum. hic si dicit quod oportet in omni acuta egritudine ut sit venter eius vacuus et sit corpus pingue non macrum. Y.

Aquosum vero stercus et liquidum seu album aut nimis citrinum et spumosum malum est. A. T.

Egestio et aquosa subtilis valde et alba et citrina vehementis citrinitatis et spumosa totum illud est malum. G.

Egestio autem aquosa significat defectum digestionis. sed alba significat sicut dixi ante quod colera citrina non descendit ab epate ad partes stercoris. vincit autem egestio vehementis citrinitatis significat unam duarum rerum aut egestionem cui permixta est colera et.

mixta. at egestio cum permixta est colera viridis ut erugo eris. quod est quia
hoc non quod dixit ypocras significat per linguam grecam duos hos colores sive. egestio
autem spumosa fortasse significat permixtionem ventositatis inflative humiditatis cum separatio ab ea est difficilis. et fortasse significat caliditatem superfluam. quod est
quia nos invenimus evenire spumam exterius secundum hunc modum. in mari quoque super
ea que veniunt per rectum aque secundum impulsum undarum pelagi propter superfluum caliditatis. Y.

Item modice [illegible] et viscosum et leve seu album seu minus citrinum, at spumosum malum est. A. T.

Et ex egestionibus quoque mala est pauca et viscosa levis sive alba sit sive citrina. Narravit ypocras in hoc sermone duas species ex speciebus egestionis que ambe proveniunt ex liquefactione corporis. et non est dictum meum ut res non quod pauca viscosa alba provenit aliquando ex liquefactione adipis corporis sed a caliditate ignea que non est vehementis malicie. sed egestio que exhibit ad citrinitatem levis provenit aliquando ex liquefactione adipis. citrinam eius eveniunt quia est quoniam caliditas faciens ipsam est vehementis malicie, at quoniam adeps liquefactus antiquus est, qui comprehendit quandam putrefactionem. quod est. sic videmus quod adipes et [illegible] cum putrefiunt exterius colore ita mutari quod videmus utrumque in similem materiam declinare ad citrinitatem. Egestio autem ad viriditatem declivis, si viriditas eius fuit propter admixtionem colere viridis ut erugo eris cum ipsa sit. quoniam iam ostendimus quod hic color intelligitur ex nomine vehementis citrinitatis. et evenit eius est aliquando liquefactione vehementi. et omne quod procedit acorem quod videtur leve est propter unam duarum rerum. aut propterea quoniam ipsam recipit digestio superfluitate ita quod non effugit, neque propter aliquam eius quod ipsa non resolvatur. aut propter liquefactionem vehementem ita quod non sit una ex partibus membri cum non adveniat [illegible]. Et propter hanc quidem causam melius est morti quam fit [illegible] ut sit equalis. [illegible] quod est vehementioris malicie quam est equalis. quod est quia primum suscipit opacitatem cum totalitate sua. et secundum suscipit maliciam egestionis cum totalitate sua. in viscosa autem res mala est et exposita. quod eius evenit multotiens est quam vehementior est caliditas rei et multiplicatur. et fortasse fuit humores viscosi propter qualitatem ciborum. Et vincit cum isti humores qui procedunt acorem non est eorum quantitas pauca. res autem viscosa que procedit paulatim est quia prime convenies liquefactioni pauce. quod est quia nos invenimus multotiens liquefactionem vehementem facientem fluxum ventris superfluum. vincit illa cum digestio est hic distincto procul dubio est fetida. et dictum quod inter hanc et inter humores [illegible] est tunc hec lis [illegible]. quod est quia humoribus [illegible] non est fetor. Y.

Pessimum est et mortis signum nigrum et viscosum et fetidum ac viride. A. T.

Et significantia mortis magis hec est egestio nigra pinguis viridis et fetida.

Egestio nigra quidem nigra quando fit ex admixtione colere nigre pure. G.

Viridis autem fit ex admixtione colere nigre non pure. et quantitas eius
et propter hoc dixit ypocras et non profundatur rubedo ad interiora. quoniam quando accidit in
hiis locis apparencia molle fractione est saniei velox factus. et non est illa egritudo
acuta egritudo. reliqua vero egritudines quas michi sermone sunt mala.

Et delituit. tamen non in ipsa die cretica. nec propter aliud
apparencia rubente tumore alio transduxerit neque putre-
dinem paciens expuerit vel admodice defecerit. si do-
lor requievit interius mortem vel iteracionis laborem pronunci-
tat. ait Galienus. Quod si fuerit occultatio rubedinis in aliqua dierum
cretica neque apud exitum quod coagulatur in exterioribus
corporis neque qui exspuit in fine cum tussi saniem talem et videtur in infirmo indic-

uulle dolore . i. sigt morte at redicoz eg' ius. G.

Res in malicia eg' ius si occultat apa at rubedo q9z hor fu erit . na utrq sit inuentum in desperatis pt q ex se spuit saniem in fi ius ce facultate at coagule in exterioribz gutturis exitura q egdiat mala . et apparens in memor a suo ii aliq diez esse psetaco et inquisico an optreat ut intelligat extra apa et occultam malis diez esse ut accidat in fino res mala . qda . n . exposu erut eu p hac intencoz an optreat ut addat illud ad illud q pt ipsz ita ut ypo uoluit ut i accidat malis diez esse ut sit esse q fiducia habeat era et uitas qm pmutac9 eg' ius ad malicia ut uideat rubedo ad interiora et n resoluat apa . et si fuit in aliquo diez esse n solu et illa ule s et mali ualde . q . q malicia uitate e9 q indicat dies certificat et festinat . q si fuit pductio spuri eue tu exiture et manifestac9 cor9 facil et occultat apa et rubedo tuc n exspectat mors in fino . Y.

Bonu aut eet tumore et rubore foras prominere . q apa sunt ad pulmoz lapsi fuit pus ibi efficit et autem reddit . a . e. Et melius est ut fiat rubedo declinas ad exteriora et ut sit reliq exitu declinare ad q ...

Iste sermo et qui manifest apd eu q memor e9 q ptes . G. sit deceppe nost . l. sermone nro . Y.

Uua tumida et rubente tumor incidere . q l sequit sanies l sag' ius fluxus minuus . labora bis g ad alia cura ofugere . et si nz sic potis incisione effugere et amplius esset et inuestit et q palato herz subtilias tuc incide . s tn p'us tot core festinabis purgare tpe fauente et suffocacois tumore minime reluctante . a . e.

Res aut in incisione uuule et impforacoe e9 timorosa adu bronias rubea magis . q . q seq' i apata uaria et fluxus sag' ius . vn oz in illa hora ut detineat p reliq ingenia . e g euacuat i q d . z inua et fit extremitas uuule maior et g ...

242

declinat ad palliditatem. et fit quod eius est sicut ius sterilius. tunc nulla hora con-
siderationis melius decurrere uidetur. et melius quod est ut conuertas ad considerationem eius
post quod euacuationis uenter fuit spacium temporis quietis et non tantum
uis de infirmo ut procede. G.

Miscuit ypo. in hac scientia pronosticationis scientiam curationis. quoniam non est possibile
addiscere pronosticationem secundum ueritatem et fiducia absque curationis scientia.
nam si inciderit uenula apparata aparere calido aut aperuerit ea secundum id
fluxus sanguinis et apparata calida. est ergo euacuatio tota id secundum quod dicitur una tunc in
cide ea. et propter hoc si descendit malum et uero soluatur cum melioratione a sermone et a studio medici. Y.

Quorum febris si periodice lentescerit et signa
finiende egritudinis habuerit / et febris defectus in die
cretica fuit / iteratio egritudinis expectabis. A. T.

Aquo.

In quo autem quiescit febris preterquam quod appareant in eo signa significantia
consumptionem egritudinis et est quies febris eius in aliqua die creticis oportet ut expectetur
recidiuatio egritudinis eius secundum ipsum. G.

Non oportet ut expectetur recidiuatio egritudinis quando apparent una duarum significationum
quas diximus sed quando apparent ambe simul. quod est. quia egritudines que quiescunt
absque causa id faciente de aptitudine earum est ut redeant. et quamuis sit quies earum
in aliqua dierum creticis. et manifestum est quod non significamus per sermonem nostrum ille que
quiescunt absque causa faciente id illas que quiescunt preterquam quod appareant in eis si-
gnificationes significantes euasionem in diebus creticis. Y.

Quibus febris permanet uel generatur dolore uel
uiuule multo dolore molestantur. huius apparata futu-
rum mincturis est. in fine tamen periculum. A. T.

Et est quod permanet febris, eius dissolutio est et dissolutione salua et non est cum eo do-
lor ex labore premit uel causa a manifesta oportet ut expectetur ei exitura
cum aparere et dolore mincturis. et propter hoc in inferioribus. G.

Iam narrauit ypo. in alio loco ubi totum quod ipse dixit in eis quod
missa cum in fine suo in egritudinibus mirach. et in fine suo in egritudinibus
et prolixis et periodicis. quod est. quia cum longiuntur febris cum sic tamen. quare unum est
in quo est egritudo quando sanatio eius est difficilis. et secunda est humores cum di generati qui non di-
geruntur. et tertia est error accidens. tunc si accidat ut non sit aliqua ex eis
in infirmo uel error ex infirmo secundum se ipsum aut ex medico secundum ipsum aut ex ministris
aut ex extrinsecis. sicut error qui accidit ex hora presenti et ex regione et dis-
positione aeris in qua est infirmus et ex loco qui est malus aut ex nocumento quod ledit aut

[illegible]

tedio autem existencia tunc remanet ut sit causa longitudinis febris humores cum difficilis digestionis. et consuetudine quidem nature est ut expellat huiusmodi humores ad quedam membra ignobilia quia non est ei possibile evacuare eos. in libro vero de crisi iam dixi quod de proprietate humorum calidorum subtilium in sua substantia est ut fiat crisis eorum per evacuationem. ex crudis autem et grossis humoribus non mundificatur corpus nisi per exituram accidentem in corpore aut per digestionem digerentem eos. et hoc post quam nominavi digestionem est evacuatio eius autem per urinam secundum plurimum aut per solutionem ventris raro. Ypocras.

Transactis .xx. diebus post febres. A. T.

Et horum ut exposite exiture est permansit egritudo .xx. diebus. G.

Invenimus enim iterum dixisse .xx. diebus meis que premissa sunt ex sermone suo in quibus convenit ut significatur quod non dixit de egritudine que est continua donec pervenit ad .xx. diem. et ego quidem iam enunciavi meis que premissa sunt cum propter quod non est possibile ab eo ut enunciet secundum veritatem terminum egritudinum acutarum. non est ergo mirum quod dixit in quibus quod crisis earum venit in .xiiii. diebus secundum rememorationem dierum .xx. quod est quia multi amphorismorum dicendo die .xiiii. et die .xx. in parte sua secundum terminum acutarum egritudinum. dixit est diem .xvii. et amphorismus in quo dixit tertius est iste. quarta est indicativa .vii. et principium secunde septimane est .viii. dies. et indicativa .xiiii. est dies .xi. quoniam est quartus septimane secunde et dies .xvii. iterum est dies indicativus .xx. quoniam est dies quartus a .xiiii. die et septimus ab undecima. Ypocras.

Hoc idem apparet magis evenit illis quorum etas est minor a .xxxv. anno. A. T.

Et convenies est ut fiant iste exiture maxime in spacio temporis minore eis quorum etas est minor .xxxv. annos. G.

Multociens dixi iam quod crisis egritudinis que fuit ab humoribus calidis acutis. quoniam virtus est fortis fit cum solutione ventris. et per contrarium illius crisis egritudinum accidentium ab humoribus frigidis quoniam virtus est debilis non fit per exituram ut puerorum solutionem sed quoniam contingit fieri minime aut digerentur in spacio longi temporis. egritudinum autem mediarum inter istas fit crisis per exituram et sunt ille in quibus invenimus unumquodque horum duorum generum que diximus. et significo per duo genera genus nature humoris quod diximus et genus rei virtutis. quod est quod invenimus in unaquaque earum due res generis eius que sunt in unaquaque earum. genus quidem illarum in natura humorum. quoniam sunt humores medii inter humores calidos genus et genus quidem virtutis. quoniam virtus est medie fortis et fuit medie debilis. et quoniam humores sunt calidi non est possibile ut virtus sit fortis. quoniam deceptione crisis est ut accidat cum exitura que egrotantibus accidere. et quoniam sunt humores frigidi necessaria est virtus fortis ad exiture eventum. et significationes que significantes debilitatem virtutis et earum fortitudinem assumpte sunt ex universis earum et sunt que sumuntur ex operationibus earum iam diximus in eis que premissa sunt. assumpte autem ex etate sunt ille que capiuntur ex iuventute et senectute et sunt ille quas declaravi ipso modo in commento. et convenies est ut egrotantes

[illegible marginal commentary]

exitum est in iuuentute et in spacio minore etiam est etas in[fra] .xxxv.
annos. quia autem est maioris etatis quam isti non peruenit adhuc ad tempus senii. e-
uenit exitus eius in eo quod est inter etatem minorem. In decrepita uero etate e-
uenit illarum est in illo ualde. et fecit nos rememorari rerum in
morbo suo isto eius quod dixit in principio sui sermonis et hoc est prolongatio febris sua
et est conseruatio salua et non habet dolorem et laborem neque extra alia mala et re-
liqua que sequuntur illud. Ypocras.

[illegible interlinear gloss]

Quibus uero etas est prolixior fiet aliquando febribus et prolongatis
manentibus. Galenus. Iste autem qui est maioris etatis quam
ille euentus exitus quam prolongatur
febris eius est minus. Galenus.

Illud uero nocumentum est quod nocere est in euentu esse per exitum in corpore iu-
uenis habeat de fortitudinis et non sit debilis multum et pro-
pter hanc causam oportet ut sit euentus exitus quanto plus procedit homo in etate
iuuenis. Iuuenis autem qui in senio est non tamen parum accidit sed parum ualde in ul-
timo. In hac autem sermone suo non significauit per sermonem suum maioris etatis quam
illi decrepitos absolute sed illos qui sunt maioris etatis per comparationem iu-
uenum. et etiam quibus sunt ultra .xxx. annum. et ego dicam consideratione illius quod pre-
missa sunt uero sermo quod uere ponit in hoc nomine. scilicet maioris etatis. et considerare est illud
non minus quam considerare in sequentibus. Ypocras.

[illegible interlinear gloss]

Febribus uero inordinate uagantibus quartane sunt future
et maxime circa autumpnum. Galenus. Et oportet ut exponatur
hic aliquando quod febris
que permanet et exponitur mutatio febris ad quartanam. quam facit interpola-
tionem et redit in ordine. et fit sicut in certa hora appropinquans autumpni.
Iam dixi in libro de speciebus febris. quod febris quartana generatur ab humore me-
lancolico. et dixi etiam quod generatio huius humoris accidit secundum duos modos. quorum
unus est a sanguine grosso. qui assimilatur inuenis feci in uasis uini. et secundus est a
colera et quam aduritur. et hec species facta ex colera nigra est maliciosa mala corro-
dens membra in quibus aggregatur. sed species prima minoris est malicie et frigidius. et
ipse quam non antiquatur spacium eius in corpore et occurrit in eo calidi superfluitate ex-
iens. et est illud ita sit tunc oportet quam inuenitur febris assidua quam non quiescit non inter-
polatur ut exponatur ei quam prolongatur ut conuertatur ad exitum quod dixi. et quam
inuenis est in interpolatione et inuenis uero accidit in ea ipse uero complexionem eorum
estatis tunc scias quod est conuertitur ad febrem quartanam. quod est quod humores bul-
liunt in estate in febribus assiduis. et quam fuit ex colera nigra exeuntis generatur calitas
quedam excitante que euadit in fine ipsius per illam causam a calore febris. et ipse quam
accidit ei similiter unum non sed non procedit et euacuat rem adustam ex humo-
re qui est sic fex sed moratur in corpore redit fo[r]tis et calefit et putrefit. et
quam accidit ei rerum illud bullit fortiter et inflammatur febris. et secundum accidit si-

dor resolvitur. Et eo res que iam bullierat ex colera nigra. Et quia bullit nec est res que extra accidit propterea in aliis extra, et quoniam egritudo corporis non est egritudo una sed multe egritudines. Quoniam colera nigra generatur in quibusdam membris et quiescit motus eius in quibusdam eorum et figitur. Et quoniam movetur in quibusdam eorum et putrescit ob necessitatem ut non sit propterea febris per ordinem. Et ergo cum vero egritudo in mobilibus venerit et victoria colere nigre accidit tunc quartana. Et ipse si hora anni est tempus quod permutatur estas ad autumpnum ita ut prohibeat resolucionem humorum et faciat eos redire ad profundum corporis, et ergo venit tempus et occurrit corpori per illam dispositionem addet in ea et adveniet ad inclinacionem humorum ad interiora corporis servat illam illa infirmitas usque quo adveniat tempus aliud in quo permutetur hora ad caliditatem. ¶

Et sic illis quibus superfluum apparet oritur sic qui xxxv. annum preterierunt et quartanarii efficiuntur. a. c.

Et sic accidit ei existenti cuius etas est ex iuvenibus in fine xxxv. anni et sicut accidit ei quartana et iam pervenit xl. annus aut est etatis maioris illo. G.

Iam loquutus fuit sermonem longum in distinctione etatum in libro alio. et propter hoc sufficit michi rememorari eius quod predixi. dico ergo quod sanguis invenitur in corporibus puerorum multus valde. et si non esset eorum permixtio in regimine esset ille humor in corporibus eorum nimis multus valde propter id quod exigit etas eorum. Verumtamen ipsi comedant multum inordinate ob ut generetur in corporibus eorum humor qui non laudatur. Cum ergo pervenerint ad tempus adholescentie tunc erit qui regunt regimine novo et qui facit ut in corpore eius sit multus sanguis tunc. et erit qui erat in regimine suo. et permiscet plus hi invenimus istos in fine mali in fine mutabilibus continuis fortibus. Quoniam humores colerici aggregantur in corporibus eorum propterea est in illa etate a qua hec est etate aggregatur in corpore eius qui permisceret propter hoc et erat in suo regimine humor qui est colera. quod invenit in corpore eius est sanguine humor qui vocatur colera citrina et colera rubea. et moratur id in quibusdam hominibus usque quo perveniant ei xxx. anni. et in quibusdam eorum usque quo pervenerint xxxv. anni. quoniam primus est inclinacionis corporis ad frigus post xxx. annos. et est post ipsos post annum xxxv. et multorum quidem hominum inveniet pervenire propter complexionem primam et propter dispositiones diversas ad quas permutatur corpus propter accidencia que accidunt ei aut propter mutacionem consuetudinis in nimio spacio inter duos terminos quos dixi. et propter hoc cum invenimus ypocratem forte dixisse etas eius est xxx. anni sic fecit in hoc sermone. et forte dixisset cuius etas xxxv. quia est. quoniam mutatio in nimio hominum est sic diversa non est possibile ut inveniatur omnibus eis per veritatem spacium unum quod sit eis in consuetudine. et ego quidem indigeo te adhuc ut scias hunc sermonem veraciter. iam enim dixi cum meis que premissa sunt in sermone meo in diebus consuetis. nam si tu servaveris ipsos et adinveneris ipsos ad id quod premisimus rememorando non erit tibi difficile invenire cum meo quod narravit ypocras in hoc sermone. nam sic humores per horas anni calefiunt in estate calefactione vehementi ita ut bulliant. ut diximus. et sic ob necessitatem consequitur illo ut generetur a...

[illegible]

et e contrario eos autem qui primo aggregatos in corpore non permittit eos resolui propter frigus suum nec evacuari facile (scilicet et senibus res in etatibus. unde corpus quod permutatur de etate status ad etatem senectutis propter humoribus in etate status in ceteribus iam resolutis acolam in. et prohibebit senectutis etas illa coleram resolui. quare accidet ab eis febris quartana. et indiget ille cum hec etas est in mundificatione sui corporis ab his humoribus spacio longo. et propter hanc causam fit quod omnes egritudines melancolice multiplicantur in hac etate que sequitur etatem status. veniunt diversificantur in paucitate et multitudine. et sunt lepra et egritudo in qua cutis excoriatur et cancer et algefregues melancolica et febris quartana. V. — applicatur ad etates

Omnes apostemata magis hyeme quam in ceteris temporibus eveniunt et amplius morantur. et si sanantur non recipiunt. a. t. — opperatur exitum ad quos

De eo autem egritudinum orte sunt. quare cum in hyeme plurimum earum desinunt tardior. sed earum reciduationes sunt minus. G.

In hoc loco fecit ypocras expressionem trium verborum. quorum unum est et est primum. quare fiunt plus in hyeme. et secundum est. quare earum desinit in hac hora tardior. et tercium est quod earum reditiones sunt minus. causa autem quare hec fiunt in hyeme plus declarata est ex humoribus dicti mensis premissa scilicet quod ceteris humorum calidorum fit prius solutionem et humorum frigidorum ceteris fit permutationes. causa autem in earum tarditate et quietis earum melius est ut ponatur in humoris et frigidi aeris. quia est quod uterum est in consumacione expirationem ut resolvatur humor faciens ipsum paulatim. sed resolutio eorum humorum grossorum viscosorum est difficilis. et ipse cum est frigidus aer. et propter hanc causam fiunt reditiones minus. quoniam egritudines que redeunt indiget motore qui moveat eas donec redeant. sed humorum frigidorum motus valde est difficilis. V.

1 qui invenit in corporibus in hac hora. iam. n.

Quibus assunt febres non mortifere et hec testantur dolores in capite pacientes ante se putant tanquam muscas vel aliquas nigras volitare. et si dolor in talibus more stomachi convenit. colera rubea vomitu vomitos superabundat. et si frigus affuerit et ypocondrius sentitur frigidum contractione et subito vomitum superabundant. et si cibum et post quam accipiunt reiciunt. a. t. — designat signa ... futura per vomitum — additur duo signa ...

Qui autem non contigerit in febre non mortifera de dolore capitis quod videt coram oculis suis ad nigrum tunc si accidit cum illo dolor more sui stomachi accidet vomitus colicus. quod si advenerit cum illo rigor et superfluorum excreis quod ypocondrius eius frigidum est vomitus velocior ad ipsum. quod si recipit in hora illa ex cibo et potu festinat ad ipsum valde

assignat causam illarum trium ... sermonis

causa prima

causa secunda

causa tercia

[illegible]

magis vomitus. G. alia. Primus duorum istorum est quod declarare

Intendo ypocras in his sermonibus est ut loquatur de vomitu qui accidit sponte sine motu ... Et secundum est ut egritudinem quam accidit ... mortifera. Et multi ... quidam nominant hanc egritudinem nomine derivato ex evacuatione ab ea. Et primum est ut accidat in principio dolor capitis et videat coram oculis suis res nigras. Et hoc quod accidit ... colere rubee vel ei pure. Iste enim humor cum calefit calefactione vehementi et aduritur generatur ex eo fumus niger et ascendit ad caput. Et hic est ille cum quo accidit dolor capitis. Et quod pervenit ex hoc fumo ad oculum ... humiditates claras luminosas per naturam. Quare accidit ei simile illi quod accidit in aere claro luminoso cum permiscetur ei subito fumus niger. Et a cerebro ... visibilis qui ... procedit in oculum sicut accidit in eo apud aggregationem aque in oculo accidit ei inde ut res nigras ymaginetur. ... vapores ascendentes et similes illi ... a pulmone ... illos qui elevantur ab stomacho est. Quare accidit ... dolor in ore stomachi. Quod est quia pulmo non sentit lesionem huius humoris propter puritatem sui ... Os autem stomachi ... Et propter hanc causam fit quod cum humor qui est de genere colere mordicat ipsum accidit in eo dolor qui dicitur dolor cordis. Et propter hoc ... ut accidat ei vomitus colericus. Et significavit ... dolor ad coleram et accidit ab eo ... evacuationes quas sciunt medici quod sunt de genere colere. Significavit ergo per sermonem suum ... motum suum ... vomitum ... per sermonem ... intelligere os stomachi. Et propter hoc nominat mordicationem accidentem in eo dolorem ... cordis. Et nominavit ypocras ... loco ab isto significationem aliam significantem vomitum ... labii ... Quod est quia tunica intrinseca ... stomachi ... in eo accidit mordicatio propter coleram movetur hic motus. Et nos iam intelleximus experimento anathomie quod tunica intrinseca ... stomachi regit ipsum et regit ... et regit linguam et guttur et totum os. ... tunice ... Hec ergo tunica est que movet labium cum accidit in eo mordicatio ex acumine colere more stomachi aggregate. Quod est quia de ... huius humoris est ut natet super os stomachi propter levitatem suam. Et cum ascendit colera ad os stomachi evacuatur ... ex colera et eicitur vomitus ... facile ... quod si accidit in principio in illa hora rigor non solum ... vomitus sed accidit ... quia de ... rigoris est ... plurimum ut faciat accidere vomitum colericum sicut ... in sermone meo in rigore. Quod si sumat in illa hora aliquid de cibo et potu ... vomitus valde. Quia colera ... in stomacho illud quod suscipitur corrumpit.

Quibus ille dolor in capite a principio febris est ... sexto die aut quinto dolor augetur in septimo evadunt. Quibus vero ille dolor in tercia die cepit est sicut usque in quinto die

vel vii. et finitur in ix. vel xi. Et ubi incipit dolor in v. die, et urina sit subtilis, est in xiiii. die liberatio. A. T.

Et in quibusdam istorum incipit dolor ab initio in quo die tertia dignum est ut fiat fortis in die quarta vel quinta et est finis vii. et deletur ab eo. Sed plurimum non incipit dolor in die tertio et fortis sit in eis ipse in die vii. et evadunt in die ix. aut in xi. et exeunt sunt in quibus incipit dolor in die quinta. deinde fuit reliqua dispositio eorum secundum dispositionem eorum que precedunt illos deinde consumitur egritudo eorum in xiiii. die. G.

Narravit ypocras in hoc sermone tres species ex speciebus doloris capitis accidentis in medio secundum tempus et tres crises earum. Species quarum prima earum incipit in die primo evenit egritudinis. et secunda species incipit in die tertio egritudinis. et tertia species incipit in die v. Et autem conveniens est omnibus quod crisis venit ipse die vii. ab hora in qua incipit dolor. Et species huius doloris qui incipit in die primo venit crisis in die vii. sed illius qui incipit in die tertio venit crisis in die x. et est septimus ab illo die. Verumtamen hec dies cum non sit dies crisis oportet quod veniat crisis in die ix. vel xi. aut in die x. vel post ipsum per diem. Et septime autem in hoc loco quod dies x. numeratur in diebus crisis sicut dies tertius sicut ostendi in eis que premissa sunt. Et non est de aptitudine egritudinis ut veniat crisis eius in medio terminis nisi in septenis sed in diebus mediis inter eos sicut ostendi in libro meo de diebus crisis. Et species autem tertia ex speciebus doloris capitis et est ille qui incipit in die quinta et excedit usque in xiiii. quoniam caliditas febris non habet fortitudinem. Et significatio illius est tarditas evenire doloris eius usque ad diem v. Et quoniam addis super hoc vii. dies aggregatur ex illo toto xii. dies. Verumtamen dies xii. non est dies crisis. Unde est possibile in hac crisi ut antecedat per diem. Quoniam ostendi quod iudicium est ipsius in egritudinibus quarum motus est acutus. et propter hoc necessarium est ut tardet crisis usque ad diem xiiii. Y.

Que diximus inclinarius eveniunt equaliter viris et mulieribus / iunioribus eveniunt hec signa in febribus diuturnis et in illis terminationis. A. T.

Et iste res fiunt viris et mulieribus in febribus terminationis. Ipse in eis qui sunt minoris etatis quam illi accidit in mensis ille res in febribus illis. Verumtamen evenit earum in febribus que sunt diuturniores plus est in ... febribus puris. G.

De aptitudine horum est ut accidat eis qui completi sunt in etate sua. Et sunt illi quos consuevit ypocras nominare viros et mulieres in omnibus febribus terminationis. Quoniam cola in hac etate est in victoria vehementi. Illi autem quorum etas est minor hac etate non accidit illud in omnibus febribus terminationis sed in purissimis earum tantum. quoniam cola in non horum febribus vincit valde. et accidit in iuventute egritudinibus acutis valde. quoniam cola in istis egritudinibus vincit victoria

vehementi et sic flua. et ypocras in illis que sunt instantium iuventutis. et non dimi-
sit dicere non quantum potest nobis intelligere illud existimamus ipsius. Ypo.

In febribus si fuerit dolor capitis, vel ante oculos nigredo-
ribus apparentibus, sive veluti flamma lampadibus, et sub ypo-
condria dextro vel sinistro sint tensiones, et timores, et the-
tamen hic sine dolore, sanguinis fluxum expectandum est e naribus. G.

Cui autem evenit in huius febribus dolor capitis et advenit eis in o-
culis suis loco nigredinis quod viderunt coram eis caligo aut coram
oculis suis videt sicut coruscationem et [venit] ad locum doloris tensio in eis que sub
ypocondriis alterius dextri aut sinistri absque dolore et inflamatione expecta eis
fluxum sanguinis narium loco vomitus. vel expecta ypocras in huius loco ei qui est
minoris etatis eruptionem sanguinis. qui autem consequitur est .xxx. annos huius
et qui est [minoris] etatis eo sit expectatio tua de eruptione sanguinis minus. sed oportet
ut expectes ei vomitum. G.

Significavit ypocras per sermonem suum in his febribus febrem quod significavit in principio ser-
monis sui est hic dictum. scilicet quia autem consequitur est febris non mortifera de
dolore capitis et reliquis que consequuntur illud. quod est. quod preter quod enumeravit de com-
in duabus febribus sic dixit quod conveniat eis utrisque quod est sic veniat in huius u-
terisque per evacuationem deinde ad illud addidit quod ypocras est unicuique earum quod
ponit est sim per evacuationem in febribus preterea evenit vomitus colerici. et po-
suit eam in febribus sic est fluxum sanguinis e naribus. et significationes significantes illud
in febre de qua prius. et posuit quidem causam et est ymaginatio rerum nigrorum et dolor as-
suetus. et infra quidem tenebrositas visus et coruscatio que videtur coram oculis, et ten-
sio accidens in eis que sunt sub ypocondriis absque inflamatione, et iste significant sig-
nificatione magna declinationem humoris ad caput. et ypocras dixit et in eis que sunt
sub est quod fluxus sanguinis narium accidit. accidit autem propter caliditatem accidentium in eis
que sunt sub ypocondriis. et ypocras in eo qui est minoris etatis scilicet eius in quo non quod est in
corpore eius de sanguine et addidit in eorum in sermone suo isto ad rememo-
rationem vomitus colerici quod non accidit iuvenibus. in tertia autem primo libri
epidimie dixit in eo de apparitione est ut accidat ei fluxus sanguinis na-
rium quod accidit et vult ut eius oculi lacrimentur. quod si aggravatus illud tempore et ad-
iuvetis ad illud quod dictum est in libris aliis poteris procedere et iudicare in morbis ho-
minis sanguinis fluxum a naribus qui accidit. et ypocras si ostenditur est eo omnibus manife-
sta significationes evacuationis superius [expl...] sed non significationes procedit fluxum sanguinis
narium proculdubio. Ypo.

Spasmus qui fit post multas febres maxime autem si
vehementer constrictum habuerit aut vigilet et expaveat. et

plangant et colores varient, ut in citrinum, in rubeum, in lividum, in viridem fiant. Hec eveniunt pueris usque in vii annos. Maioribus vero hiis et iuvenibus spasmus non contingit in febribus, nisi magnis existentibus significationibus, ut in frenesi. Commentum.

Pueris autem accidit spasmus quando febris eorum est acuta et venter eorum stricte et sunt vigilantes et pavescunt et plangunt et convertuntur colores eorum et perveniunt ad viriditatem, lividitatem aut ad rubedinem aut fuscedinem aut ad pallorem. Et facilius quidem sunt iste res pueris qui sunt in ultimo pueritatis usque quo perveniunt ad vii annos. Pueris vero qui sunt maioris etatis illis et iuvenibus non accidit in febre eorum spasmus, quoniam non pervenit eis ad exsiccationibus nisi extremo quod est in fine malicie, sicut significationes que accidunt in frenesi. G.

Sermo eius iste non est in spasmo accidente malicie membrorum sed in spasmo accidente in toto corpore. Et eveniet hec species spasmi accidit facilius pueris et precipue lactantibus ex eis. Et causa in illo est lac et precipue quando est grossum. Et plurimum quidem accidit propter cibos multos quos suscipiunt non in hora sua. Quod est quia illi non intelligunt aliquid ex rebus nisi solam comestionem et exercitium et quod ad illud invitat. Est debilitas virtutis nervorum et mollificatio ipsorum. Quod est quia gravia virtute quibus existit regimen corporis sunt causa et non inveniuntur in pueris nisi tamen due fortes. Verum autem est etiam quod est in membris inveniens in eis debilis mollificata mollificatione vehementiori quam reliqui virtutes. Et propter hanc causam eventus spasmi in eis fit facilis valde et fit facilis iterum eorum reditio ab ipso ad dispositionem illam vel naturalem. Non fit facilis eventus spasmi, et est facilis eorum sanatio, quando fit in eis propter vehementiam debilitatis virtutis nervorum. Accidit autem spasmus iterum sine febre quando accidit propter complexionem corporis et multiplicantur in eis humores crudi et grossi, et accidit iterum quando accidit in nervis et cerebro apud calidum. Et propter contrarium cerebri et eius megningie. Invenitur sermo ypocratis in hoc loco non est nisi in spasmo accidente in febre. Quod est quia inventio eius ab invicem libri est ut narret pronostica contingentia in febribus acutis et megningibus convenientibus. Et significatio spasmi accidentis illis eis quia iam est completus in hiis egritudinibus sunt significationes que significant frenesim malicie mala, et precipue faciei tortuositas et stridor dencium et multiplicatio palpitationis oculorum eorum et tortuositas accidens in eis. Que sufficiunt in pueris vigilie cum vehementia timoris. Et ideo est quod ipse significat per sermonem suum expavescunt et fletus et vehementia tensionis corporis et constrictio ventris. Verum tamen iste res non sunt nisi causa eventus spasmi. Significationes vero significantes eventum eius ab illis causis sunt colores egrotantium accidentes eis et significantes maliciam humorum propter quos accidit eis spasmus. Quod est quia color viridis et declinans ad fuscedinem et pallorem significat quod qualitas humorum eorum est mala. Sed color rubeus significat multitudinem sanguinis. Ypocras.

Intentio autem tua, o medice, ut multo studio

[illegible] signa prognostica [illegible] egritudine [illegible] acutis et [illegible] salute [illegible] aliqua [illegible] honestum est quod medicus sit cautus in omnibus [illegible] prognostice morte alii [illegible].

penitentes et evasuros sive pueros sive viros sive iuvenes discernas.

A. T. Oportet igitur ut significationes desperatus ut salvetur et quis perit ex pueris et ex hominibus aliis significationes ipsius sicut omnes que excesserunt libus eorum in unaquaque egritudine. G.

Iam scripsit ypocras hunc sermonem meus quem premissa sunt et scripsit eum iterum in hora et sedibus eum iterum insequentibus. quoniam eius utilitas est magna valde [illegible] quoniam fecit illud et iteravit sermonem suum multociens. cum iam pervenit ad multos medicorum nec ipsi intellexerunt. quia multociens videt in aliqua egritudine significationes malas et evadit infirmus ab infirmitate. estimat igitur de ypocrate sermone quod ipse mentitus fuit in sermone suo. et videt etiam significationes laudabiles et demum perit infirmus. dicet igitur quod ypocras erravit in sermone suo preter quod ipsi intelligant quod fortasse superat et vincit significationes multas laudabiles significatio una mala et fortasse superat etiam et vincit significatio una laudabilis significationes multas laudabiles. Y.

Nec in quibus egritudine negligentem te oportet esse. A. T.

Et sermo meus hic non est in egritudinibus acutis et que ex eis generantur. G.

Non scripsit ypocras hunc sermonem et sermo qui est cum ipso non est propter timuit tarditatem eorum qui lecturi erant suum librum et audaciam eorum et quod ipsi erant inquisituri de causa propter quam dixit diem .xl. et habentes sinuositatem empicos et ydropicos et habentes febres quartanas. quoniam cum nos invenimus eos nunc qui iam dixerunt sermone manifesto quod sermo eius non est in egritudinibus acutis tamen sed in eis que ex ipsis generantur et plegas eorum spacium in quo de illo tunc forsitan quam erant inquisituri de illo si non scripsisset hunc sermonem. Y.

Honestius quidem est qui hunc salutem vult prenunciare.

aliis mortem prenunciare et in brevi et plura egritudine ut discimus omnes significationes cognoscere et eas recte pendere atque vires earum conferre. caveas tamen in viribus et spiritus facere. A. T.

Oportet eum percedere et enunciare salutem eius qui salvatur et mortem eius qui moritur et indicare longitudine egritudinis eius et quod permanet ipsius egritudo diebus pluribus et abbreviationem eius in quo moratur egritudo eius in diebus paucioribus ut cognoscat omnes significationes et discernat eas preter quod comparavit virtutes earum ad invicem sicut narravimus in omnibus significationibus et ipse in urina et sputo quod sputum in fine saniem est eo. G.

Quod autem oportet ut consideres et speculeris scilicet omnes significationes et non sis contentus in verificatione unius significationis iam .n. dixit illud in hiis que premissa

sunt. nisi quod tunc addidit ad hoc res pessimam fit nimium valde. et ideo
non oportet ut ponderetur virtus signorum eorum absolute sed comparate unumquodque eorum ad suum par
quedam enim significationes male sunt in se ipsis. verumtamen diversificantur in multitudine
et paucitate. et tunc ille que virtutes ponderavit in eis que premissa sunt sic ostendit et
dixit in quibusdam eorum quod significant mortem et in quibusdam eorum quod sunt minus mor
tifera valde. et fortasse addidit ad illud periculum et similiter signorum laudabilium
ponderavit virtutes secundum hunc modum et dixit in quibusdam eorum sermone absoluto
quod sunt salutis volentes quod significant evasionem. et dixit in quibusdam eorum sermone absoluto
quod sunt laudabiles. et fortasse adiunxit ad quasdam significationum laudabilium eorum et di
xit et virtus eorum est magna valde. verumtamen sermo in significatione eius. scilicet virtus eius est
magna valde in significando salutem est magis ultimus quam sermo meus absolute
quod significat salutem tantum. nisi autem sermone dixit quod oportet ut cognoscas significationes
et discernas eas propter quod comparavit virtutes earum ad invicem non quod ex eis conveniunt
in genere tantum. scilicet significationes laudabiles ad invicem sed diversas adinvicem in genere. scilicet tamen laudabiles quam il
laudabiles invicem. et cetera. nam per hanc comparationem poteris scire in principiis que iam scripsi ex
ipso meo quod significant que est superfluum. et scies ergo quod quando scivisti illud non faciet te
timere id quod videbis. et tertio ut invenias et consideres ut sit tamen in eventu illius et
quod sit quod significet illud. verumtamen iam ego narravi tot in libris meis et
per me nimis dixi. et non est fedum ut faciam te rememorari in hoc loco secundum viam
exempli. et ponam ipsum primo et rememorationem faciam exemplo commune to
ti arti que ostenditur in prognosticis. dico ergo quod oportet ut consideres in principiis an omnes
res an in quibusdam in libris eorum sit egritudo que sit propter eis an egritudo sit humoris
aggregati in membris seu inventis. deinde considera post id quod virtutes illius corporis
est in summo sunt secundum tenorem. et ego quidem iam processi et dixi quod virtutes sunt
tres. deinde considera post illud significationes laudabiles et illaudabiles significantes
dispositionem illarum virtutum. ponamus ergo verbi gratia quod virtus procedens a cerebro non habeat
generationem aliquam ex membris corporis. et cum evenerit febris est putrida humorum tamen. et
ergo posuimus vel ponamus et quod apparuerunt in urina apud eam egritudinis significatio
nes laudabiles. dico quod iste infirmus non potest ut moriatur. cum hoc egritudinis. et
postea si accidit ut appareat meo significatio timorosa tunc non oportet ut terreat te
et faciat timere sicut accidit multis medicorum. immo oportet ut scias quod est significatio
eventus crisis. quod est. quod accidit huic infirmus post crisim dolor capitis et privatio so
mni et ymaginatur res in genere et contrarias et accidit eis in suis tenebrositas
et dolor in fronte et tensio in locis que sunt sub ypocondriis. et quando egerunt
egritudinem mala aut expuunt sputum fedum aut vomunt vomitu corpus aspe
ctus et denigrantur membra eorum et putrefiunt et incedunt secundum viam mortis tunc
illud quod apparet est dispositio eorum dispositio melior. quod est. quod hanc eorum in multo
tiens est bonus et quiescit quod est de eis de dolore et perficitur appetitus eorum
in cibo eorum. et sentiunt in corporibus suis levitatem apud elevationem ad sal
lum. et quando evenerit eis hee evacuationes significat illud quod evacuatur ex eis si
gnificantem materiam quod non eorum mundificat corpora eorum et redit et stringit quod e
rit ex eis et apparet loco redditionis victoria. res enim omnis declarantur et dis
cernuntur in hoc libro. et non est tunc possibile tamen nisi ut adiungas ad eas significationes que si
nunt expulsionem. et ego quidem iam ostendi eas in libro meo de pulsu propter quod

misceverint cum eis parabolas et fabulas sicut sunt parabole et fabule quas scripsit
archigenes. postquam ergo intellexeris has res in anima tua et discusseris
eas oportet ut ponas consideracionem tuam in eis ita ut comperes eas ad invicem. postquam
enim enunciavi illud exillo quod postea invenitur dixerunt intrantes in exercitu[illegible] a[illegible] scientia non
est apud eos quia [illegible] sicut me vidisti facere in multo cum exillo est sermo meus
in illo cum dentes stridebat et id erat ei propter hoc ita quod pronosticavit illum qui advi
nit me exillus de domo eius ut estimarent quod de iudicio meo de eo quod iu
dicavi quod non esset de arte medicine sed de arte divinacionis. similiter et id quod iu
dicavi super illum qui dormiebat et oculi eius erant aperti quod id erat ei propter hoc
et dignum est ut scias me morem quod invenitur supinus super lectum suum et
iudicavi de eo necessario quod oportet ut sit quod est in illo [illegible]. et invenimus semel ad u
nam mulierem et vidi oculum eius dextrum multo maiorem sinistro. iudicavi ergo
super ea quod illa eminencia que apparuit in oculo eius antecedens fuit ante egri
tudinem. et vidi alterius infirmi tempora plana post quod fueram sciens illud ante
illud et iudicavi super illum quod erat [illegible]. et iudicavi etiam super infirmum alium quod
oculi eius erant [illegible] lacrimosi et multo [illegible] et iudicavi super tortuositate cal
[illegible] id est duorum cornuum [illegible] et tortuositate oculorum et labium quod e
venerunt illius fuit ante egritudinem propter causam extrinsecam. et multociens iudicavi
de pulsu diverso et de illo quod ostenditur quietes quod erant propter hoc post quod sci
veram. et post quod est sanatus infirmus ille permansit cum illo. et iudicavi etiam
de voce bona et voce rauca et voce consimili quod quedam est propter hoc et quedam pro
accidens ante egritudinem. et quod iam loquutus fui sermonem longum in libro meo de
recitantibus pronosticacionibus: scilicet de variantibus pronosticacionibus. tunc non est necesse
narrare illud in hoc libro sed sufficit michi ut faciam te rememorari tan
tummodo scilicet que comprehenduntur. hee res deinde abscidam sermonem meum hic. dico
ergo quod cum ostenditur in egritudine quod non est timor ex omnibus significacionibus oportet ut scias quod
eveniunt illius accidentis periculosus fuit ante egritudinem ab aliqua causa manifesta
et propter hoc oportet ut sufficiat velis sermonem meum et sermonem ypocratis ut consideres omnes si
gnificaciones. ergo rememoratus processit postquam ponderavit virtutem earum secundum quod pro
cessit et ypocras enunciavit de eo. ipse enim dixit illud per semitam exempli
in sputo quod spuitur et in illo colera et fames prurite. et sermo cum illo
est in locucione ista. dicit enim quod ex saniositate accidit et super sputum adhuc vincit
colera est malum valde. sed si sit id quod de eo ergo dicit cum sputum super quod vincit colera et
cum fames [illegible] sit exeunte tussis. [illegible]. quod precepit tibi in hoc sermone ut con
sideres in omnibus significacionibus que apparent in infirmis consideracione exquisita. et addi
dit ad illud intentas exceris et posuit propter hoc sermonis sui assignacionibus laudabilibus
et dixit quod ista signa laudabilia sunt ut infirmus sit bene tollerans egritudinem su
am cum facilitate et ut sit eius anhelitus bonus et ut sit salvus a dolore
et ut proiciat quod proicit ex sputo facile cum tussi. et deinde postquam complevit
enunciacionem signorum laudabilium incepit secundum ordinem memorare significaciones malas
et dixit. male autem significaciones sunt contrarie illis et sunt ille ut difficile sit infirmo
tollerare egritudinem suam et ut anhelitus eius sit magnus frequens et non quiescit
ab eo dolor eius et ut sit sputum eius quod exspuit cum tussi et labore et ut
sitiat siti vehementi et ut caliditas febris sit in corpore diversa. michi ergo fuit

in eius sermonis sui de significationibus malis que precessit rememoratio in successi-
one exempli quod narravit in principio. et dixit quod oportet ut sic fecisti mihi loco
ut scias et in omnibus locis preter quod dimittas aliquid ex eis et cogita in mente tua
et in anima tua declarationem eius signi eius quod comparatur ad invicem. .P.

Et hec mea doctrina in acutis passionibus et in
epidimicis egritudinibus. id est longis. ut in cancro et similibus
picturis ne torpeas. a. t.

Et oportet ut cogites ad invi-
cem quoniam velociter sermo evenerit
egritudinis et non effugiat te dispositio hore presentis. G.

Magnum iuvamentum fit in pronosticatione accidentium de eo quod apparitionis est ut
accidat in fine nisi per cognitionem seu congregationem egritudinum presencium exe-
untis et futurarum. et ypocras quod narravit in libro amphorismorum similes livores in egritudinibus que
multiplicantur in unaquaque horarum anni et que sunt iuxta sub dispositione aeris presentis et
dispositiones antecedentis. dixit enim in horis anni invenire alguesgues id est quando
aer secet loquitur solus et nescit quid. melancolia mania et est quod invenit propter
ex egritudinibus que sunt iuxta veri et unicuique horarum anni que servat complexionem suam similem
in horis autem que complexionem suam non servant similem dixit hunc sermonem quod accidunt egritu-
dines que sunt iuxta illi dispositioni aeris. deinde narravit que harum egritudinum accidunt
in fine et que accidant in hora mutationis aeris presentis mensis que acciderunt
in fine dixit hunc sermonem. quando fuerit tempus preparata pluvia borealis
et non pluviosus et austrinum et reliqua que sequuntur id est. de egritudinibus autem que accidunt in
dispositionibus aeris propriis locis anni dixit hunc sermonem. horarum anni magis est ut
paucitas pluvie sanior est quam est multitudo. et reliqua que sequuntur id est. similiter quod
dixit in egritudinibus sermonibus in libro amphorismorum non est in summa brevis. in libro autem
epidimie dixit omnia que necessaria sunt scienda de eis causa. quantitas autem que necessaria
est in cognitione harum egritudinum quoniam est invenire quod sit necessarius in cognitione ... illius
libri. tamen ego narrabo eam in expositione mea quando exponam librum epidimie
postquam complevero hunc librum. nunc autem hora ego sum narraturus in expositione mea
summam pronosticationis de eo de quo locutus est mihi sermonem cuius promisimus reme-
morationem. dico ergo quod precepit tibi ut addas ad istas significationes quas narravit
in libro pronosticationis propriis in egritudinibus acutis significationes que eveniunt causa est aeris.
ponatur ergo aer quod invenit sunt sibi in ... significationes indicantes ... egritudine significatio-
nes significantes fluxum sanguinis narium et sit hora presens ver. dico quod id
quando accidit oportet ut sit expectatio tua eventus fluxus sanguinis narium plus. quod
si fuerit eventus complexionis aeris presentis calidus et humidus est plus illo multum. sed si
complexio est in duobus temporibus aut in ... exterioribus anni que iam transierunt secundum
necessariam generationem sanguinis multa. tunc est spes tua ut veniat fluxus sanguinis
narium multo plus. et sermo quod in reliquis speciebus evacuationis est similis ei quod est
in fluxu sanguinis narium. et ipse hic sufficit mihi ut faciam te rememorari
in illo exemplo uno. et est sudore de apparitione eius est ut accidat. dico ergo quod
in febre secundum plurimum in hora estatis est preparatione pluvie non accidit sudor.

quod si accidat in hora saltem parva quantitas pluvie accidet in febribus sudoris iam quia omnis est cum constitutione mala apparere. quare quando ad invenitur ad reliquias significaciones temporalis egritudinibus significantes sudorem de aptitudine eius est ut accidat propter dispositionem temporis presentis et species ei de aptitudine eius est ut accidat et certior et magis manifesta fiet mala.

Et tempore presentes quoque morbos attendas. Scito omnes valitudines evenire posse omnibus temporibus quasdam tamen quibusdam magis convenire. et que significant mala sunt malas semper. que vero bona econtrario se habere. dixit Galienus.

Oportet ut scias de certo significacionum bonorum et malorum signorum. quare in omni anno et in omni hora ex horis anni que ex eis sunt mala significant malum et que earum significacionum est laudabilis significat bonum. G.

In venimus non tantum medicos magis de dicta inter significaciones et significata sed et rethoricos. quando inquisiverunt de illo non est exeo quod significatur ex nominibus sed magis dicunt inquisicionem de eo quod querunt invenire. et ipsi rursus ut intendas adinvencione duarum intencionum quas significant hec due dictiones ut sunt ille quas invenimus medicos qui ante nos fuerunt scivisse et invenimus rethoricos confirmasse quod ipse significant illud. dico ergo quod dictiones que sunt in usu in omni demonstracione que vera sit aut sufficientia faciens sunt due. quarum una est necessaria cum imaginatur per se sua comparatione et sille de quibus componitur propositio. et altera non invenitur per se sed per plurimum. et dividuntur iterum iste due dictiones diffinite ad invicem quarum unum contrahendi experimento et aliud rociniacione. iste ergo sunt diversitates intencionum in nominibus a significacionibus non invenimus omnes grecos fuisse usos scilicet eas eisdem nominibus sed prudenciores eorum. ut ergo non ut dimittam rememorationem reliquorum et ipsi quidam utuntur in divisione prima scilicet rem que significat per se una et eandem rem nomine significacionis et utuntur per plurima rem nomine alio signi scilicet illa significacio in significacione autem vel divisione sua nominant quod comprehenditur experimento et rem signum. et quod comprehenditur rociniacione significacio. vel inventi cognicione. scilicet secundum quod utuntur greci in libro tercio vel capitulo non invenias medici sed illi artifices quorum est propria scientia vel cognicio lingue grecorum sed diversitates cognicionum inter diversitates res quibus fit invenire magnum valde in demonstracione et pronosticacione. videtur in quo invenimus est et planum apud homines in sermone ypocratis quod non est horum duorum generum inter illas duas significaciones ex generibus significacionum est vere una et eadem scilicet que significat salutem et que significat rem malam et est in medico necessaria multa utilitas quod est. quare multis amphorismorum dicitur. quando egritudo est conveniens nature infirmi et etati eius et ipsius forme et hore presenti ex horis anni tunc timor eius est minor quam timor egritudinis quando non est conveniens alicui istarum proprietatum. non ergo contradicit iste sermo sermoni eius in hoc loco. quod est. quare iste dixit in eo quod iste significaciones male significant rem malam. et dixit sic quod significaciones earum sunt illud scilicet sunt vere dispositiones. inditum vel comprehensione rememoratorum non permutatur non horum duorum generum ex generibus significacionum

-3-P-

